



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

<36613848320010



<36613848320010

Bayer. Staatsbibliothek

L. germ. 220^m


GRAMMATICA GERMANI-
ca Nova,

USUI OMNIUM A-
LIARUM NATIONUM; HANC
linguam affectantium inserviens, præci-
puè verò ad Linguam Gallicam accom-
data: ex cujus methodicis præceptionibus;
ductu regularum & exceptionum plenaria-
rum, facili negotio Linguæ istius co-
gnitio comparari poterit.

Studio & opera
M. STEPHANI RITTERI
Grünbergensis Hessi P. L. C.



MARPURGI,
Typis Rodolphi Hutvvelckeri
Anno 1616.



AD GRAMMATICAM GERMANAM RITTERIANAM. SUAM, QUAM EX INDUSTRIA SUSCEPIT, DILECTAM FII-
AM.

Rego age, chara tui, mea filia, gloria patris:
Et patris & matris spes operosa tua.
Postquam librorum noster compactor Abelus,
Ediculus medicum qui tenet ante foras:
Vestibus egregie, quas purpura sulcat & aurum,
Ingenuos artus induit hisce tuos:
Addidit & fasces, viridante colore nitentes,
Quae laxata locis stringere membra queas,
Ulterius mentem dictis advertito nostris,
Fert res, ut properans ingrediaris iter.
Est locus, Hesiaca situs in regione potenti,
Wedravæ quodam nomen ab amne tenens.
Cultus is ostentat bene cultam civibus urbem,
Butzbacæ ob Bacchi munera nomen habet.
Ac jus tergo visantur recta superba,
Artificis docti quae posuere manus.
Seu totam lustres faciem seu singula membra,
Qualia mireris, plurima semper habes.
Hællorum illustri Princeps de stirpe PHILIPPUS
Hanc voluit sedem, Conditor, esse suam.

CAR. AD GRAM.

Princeps omnigena virtutis regia: Princeps
Quem Pandora suis dotibus auxit opum.
Illius, O proles, cultu que tecta superba
Egregio posuit, sunt aduenda tibi.
Compellare virum, praelustri stemmate cretum,
Muneris acturum noveris esse, tui.
At video magna te jam formidine captam,
Hos ac in tacito volvere corde sonos.
Principis aune potens tectum vultumq; subirem?
Hoc prohibent mores ingenuusq; pudor.
Haud sic, gnata, meis monitis parere recusa,
Hoc prohibent mores ingenuusq; pudor.
Non rigidi morum censoris vultus aditur
Momi, nec Pluto qua sua regna tenet.
Comiter est lepidus Princeps, comisq; lepore,
Cui tribuunt Charites munera dite penu.
Principis in summi conspectum dicta serenum,
Incurvare genu, sit tibi cura prior.
Hinc libare tuos digitos, sit cura secunda,
Hos & submissa voce ciere sonos.
Te salvum genitor sitit, o celsissime Princeps,
Inq; tuis propriam me cupit esse bonis.
Expetit utque tuo sim sub tutamine tuta
Semper in officiis officiosa tuis.
Hinc ut perfundat te cœlitate Jehova
Optat, & ut rerum vela secunda volent.
Quod si fors illuc fueris concedere iussa
Qua præbet libris bibliotheca locum,
Imam non primam sedem servare memento;
Esse humilem fertur res quia non humilis.

RITTERIANAM.

Ast hic quem frameam gestantem in veste rubella

Conspicis, argenti pixide conspicuum:

Hic est Mercurius qui tecum nuntius ibis,

Te modo descriptum perferet inq, locum,

Icomitante Deo, qui te successibus opto

Prosperet optatis, Icomitante Deo.

M. Stephanus Ritter parens.



0 3

IL.



ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC
Domino,

DN. PHILIPPO,
HASSIÆ LANDGRAVIO, COMITI
in Dietz, Zigenhain, & Nidda, &c. Domino
suo clementissimo,

Nemini obscurum esse existimo, Prin-
ceps Illustrissime, quod inter omnes
linguas lingua Hebraica, Græca &
Latina præcipuum quendam locum
obtineant, quæ tamen suis etiam inter sese præ-
minentia quibusdam distinguuntur gradibus: Si-
quidem inter eas, suo sibi proprio jure, primas lin-
gua Hebraica vendicat, quam dignitatem ipsi
confert tum sanctitas, utpote quæ Sacrosanctæ
Triadis in se continet mysteria: tum antiquitas,
secundam quam tempore reliquis omnibus pri-
or est, (nisi forsitan Grotii deliramenta sequi ve-
limus, qui in libro, quem de originibus Antuer-
pianis scripsit, Cimbricam, hoc est Belgicam, om-
nium primam esse, nescio quibus ratiunculis,
assekit: Tum ejus *ὀνομασθέντος*, siquidem ipse Jehova
hanc linguam, in prima sanctorum creatione, proto-
plastis nostris inspiravit, eosq; eadem alloquu-
tus est: Cujus inspirationis virtute omnium no-

strum

EPIST. DEDICAT.

Primum pater Adamus primus *ὁνομαζόμενος* extitit, ita ut omnium rerum naturæ, virtutes & usus illi paterent, secundum quæ omnia unicuique rei nomen imponeret, ut vel nudum etiam nomen hæc exprimeret: Hanc postea Adami posteritas & præcipuè Heber, Semæ pronepos (à quo lingua Hebraica sic dicitur) propagavit, donec tandem toti terrarum orbi infloresceret, ejusque cultores gentes quam plurimæ, veluti Chaldaei, Arabes, Æthiopes, Assyrii, Persæ, Medi, Syri & Ægyptii existerent. Ad quam etiam ejus dignitatem non mediocris ex eo fit accessio, quod in ea primitè lex sacrosancta digito Jehovah lapideis tabulis insculpta, & Vetus Testamentum per eandem conceptum est.

Secundæ linguæ Græcæ obtinet, quem dignitatis gradum sibi confert, tum artium liberalium in ea facta inventio, tum ejus in tradendis artibus & in lingua Latina perdiscenda maximus usus, imò evidens necessitas: siquidem ad humaniorum disciplinarum consummationem utraq; conjunctim opus habemus: ita quidem, ut sine Græca Latina nullo modo addiscere, sine Latina ad Græcam difficulter adspirare liceat: veluti idem vulgares versiculi comprobant.

Ὁς μὴ ῥωμαίοις ἐδιδύνκα γράμματα μὲν,
 ἔδυνατο λογικὴ τέχνη αἰνρός ἔχειν.

Nec parum hujus linguæ præstantiam adauget quod Novum Fœdus per hanc conscriptum Ecclesiæ traditum est, & eandem etiam non tantum

EPISTOLA

tam mediocri conditionis, sed in maxima pau-
 tentia & summo in honorum culmine constitui
 viri excoluerunt: veluti de Ptolemæo Philadel-
 pho Rege Ægyptio, in historiarum monumentis
 proditum est, quod ipsemet libros Græcæ linguæ
 Grammaticos conscripserit, & *Ἐρμῆα τὰ ὀμηρικά*
 id est quæstiones de locis quibusdam Homericis
 publicavit. Post quem præstantissimi viri, Aristar-
 chus, Zenodotus, Erathostenes, Apollonius & a-
 lli eandem linguam præceptis suis illustrarunt
 donec Jones, Æoles, Dores, Athenienses, Lace-
 dæmonii, Thraces, aliique populi eam sibi com-
 munitè usurparent.

Tertias lingua Latina ob eandem utilitatem
 & necessitatem obtinet: siquidem & huic huma-
 norum literarum ex parte inventio & ut pluri-
 mum propagatio accepta ferenda est, aded ut jam
 nulla ars aut scientia, ejus destituta subsidio,
 commodè percipi, aut aliis cum fructu tradi vale-
 at. Cui etiam illud accedit, quod moderno tem-
 pore societatis humanæ sit quasi commune vin-
 culum, quo omnes inter se nationes continentur
 & animi sensa communicare possunt, seque instar
 filii Ariadnæ habeat, cum quo longissimè etiam
 distitas regiones tutè ingredi liceat. Ecquæ enim
 aded hodie in accessu natio est, etiamsi vel ea sit
 in qua Turcica regnet barbaries, quæ non aliquos
 saltem linguæ Latinæ cultores foveat? Barbaros
 hic paucos exceptos volo, qui Cyclopicam & be-
 luinam magis quàm humanam vitam degentes,

alia-

DEDICATORIA.

aliarum gentium consortium asperhantur.

Posito jam hoc fundamento, commemoratas tres linguas cæteris omnibus esse præferendas, non immeritò quæritur, ecquæ inter reliquas principatum obtineat? Dicant modò quod velint Itali, Hispani, Galli, Angli, &c. prærogativam Linguæ Germanicæ præripere non poterunt: talis enim est nostra lingua, quæ antiquitate, puritate, gravitate & amplitudine reliquis multis parafangis antecellit: Et ut de antiquitate primùm differam, quotusquisque est, qui possit ire inficias quod Germanorum, post Hebræorum, origo sit antiquissima, quod ut manifestum reddatur, Judæorum profero testimonium, quorum nonnulla scripta, præcipuè ea quæ in Mosen exant, hoc unicè inculcant, quod *Ascanes*, filius Gomer, nepos Japheti Germanicæ gentis & linguæ pater in Europa extiterit: ac ob id suis in scriptis, ut tradit Münsterus Cosmograph. lib. 3. c. 6. Germaniam *Ascenas* appellant, quibus etiam Eusebius in chronicis & Hieronymus in quæstionibus Hebraicis astipulantur. Hic *Ascanes* postmodum, præposito articulo Germanico *tu* & permutatis quibusdam literis *Tuiscon* posteris appellari cepit, à quo Germani postea *Die Tuischen* veluti hodiè, temporis intercapedine interposita, *Die Deurschen* nominati sunt: quam rem etiam Nicolaus Reusnerus in suis poëmatibus ita expressit:

Hinc varijs varia. gentes regionibus orta,

() 5

N^o

EPÍSTOLA

*Nomina sortita auctorum plerumq; suorum
 Iapeti sic Tuisco nepos, crudelibus actus
 Nimrodi imperijs, patria jucunda relinquit
 Limina, cum nato, sociisq; sequentibus illum:
 Incertus quò fata ferant, ubi sistere detur.
 Tandem ultra Tanais delatus classe paludes.
 Europa tractus, Asia qui dividit ora,
 Teutonice tenuit sese ditioe potentis.
 Hec nunc patria, tum sed erat sine nomine terra
 Tuisconas inde suo nomen de nomine finxit:
 Oceanum populos inter Rhenumq; jacentes,
 Aeriaq; Alpes fontemq; binominis Istri.
 Ille animi prudens, patriæ non degener oris,
 Incultum genus, & dispersum montibus altis,
 Cœpovit, legesq; dedit moremq; sacrorum &c.*

Idem etiam Itali confirmant, dum Germania
 ab illis in sua lingua *Todesca* & *Germanus Todes-*
co indigitatur: Confirmat præterea nomen mo-
 dernæ municipii in regione Colonia Agrippina
 trans-Rhenum Istri, quod etiam nunc, ut refert Fun-
 gerus in suo *Etymologico*, à *Tuiscone* (qui sedem
 ibi habuisse creditur) *Tuisca* appellatur. Huic
Tuisconi filios & successores, Germanorum Re-
 ges *Berosus* (qui scripsit circa annum trecentesi-
 mum ante *œgyptiarum*) & *Cornelius Tacitus* (qui
 scripsit circa annum post natum Christum cente-
 simum vigesimum) *Mannum*, inde *Ingevnonem*,
Istevnonem, *Hermionem*, *Marsum*, *Gambriivium*,
Suevum, *Vandalum* &c. assignant: Quæ omnia,
 ut antiquissimam esse gentis Germanæ stirpem

DEDICATORIA.

comprobant, ita ejusdem etiam linguæ antiquissimam esse originem commonstrant, siquidem illud ea quæ in nominibus latent luculentissime evincunt vestigia. Numquid enim, ut ex commemoratis patet, Gentis vocabulum *Deutsch* ex conditoris nomine enatum est? Cujus etiam successores statim cum gente linguam propagasse eorû nomina indicio esse poterunt: Quid enim *Mannus* aliud est quàm illud, quo etiamnum *virum einen Mann* appellamus? tanta videlicet Manni illius virtus extitit, ut post illum cæteri, ejusdem virtutis æmuli, per excellentiam *Mann* appellarentur, donec illud vocabulum, ceu appellativum, illius sexus communiter omnibus applicaretur. Quid *Ingevuon* aliud sibi vult, quàm illud, quo nostratibus *incola* et *Juwoner* dicitur? Quid aliud vocabulum *Istevvon* innuit, quàm illud, quo *extraneam* vernacula lingua appellamus et *Istwoner* vel *einen eufferstien woner*? Quid *Hermion* aliud importat, quàm quo *ducem exercitus einen Heer mann* appellamus? unde illud remansit, quod agricolæ nostri sidus illud cæleste *auriga* den *Heermon* appellant, propterea quòd huic Hermioni antiquitus sidus illud consecrarant, quem tamen scriptores Romani, ex nostre linguæ ignorantia, *Harmunium* vocant. Eadem sanè ratione *Svevum*, Regem & conditorem gentis Suevicæ à Germanico *herumb schweifen* & *Wandalum* veluti circumforaneum (quem Græcè peripateticum dicere posses) *von Wandeln* / *Marcum:rum*

EPISTOLA

(qui Francis circa annum ante redemptum orbem quadringentesimum vigesimum tertium præfuit) à Marck quæ vox *limitem* denotat, & Mayr id est *villicus Francum* à *Stanc* quod *liberum* denotat: *Waramundum* (qui primus Rex fertur Francorum occidentalium seu Gallorum) à Germanico *Wahrmund* & *Ariqvistum*, cum quo Julius Cæsar ad Rhenum confligit, quasi *Thren Vest* appellatum fuisse literarum & syllabarum cognatio documento esse poterit. Neq; verò vestigia ea in hujus gentis conditorum nominibus tantummodo reperire perfacile est: quin si in ipsarum quoq; gentium, quarum Strabo Plinius & Cornelius Tacitus mentionem faciunt appellationes inquiramus eadem non obscure licebit deprehendere vestigia. Quis enim aded in nostra lingua hospes est, qui *Germanos* quasi *Gar man* & *Allemannos* quasi *All mann* appellari nondum didicerit? Cui non constat quod in Gallia, proxime ad littus maris Britannici, sita sit regio, quæ appellatur *Normandia*? Cujus antiquissimi inhabitatores Germani *Normanni* *Normänner* hoc est *habitatores septentrionales* fuere appellati & etiamnum appellantur. Quem lætet quoddam *Longobardi* antiquitus Germani, & Scandix, Germanici oceani insulæ, incolæ fuerint: donec adversus Totilæ sævitiam in Italiam evocati, illic sedem ubi hodiè est Longobardia seu Ducatus Mediolanensis figerent, qui vel à *longis barbibus* von den *langen Bården* / vel à *longis bipennis* von den *lans gen*

DEDICATORIA.

Gen Barten ita appellati sunt: Innuit hoc etiam
Gerhardus Geldenbaurius Novimagus in carmine
 quod scripsit in laudes Germanorum,

Et jure & merito Romana presidet arci
 Germanus, mundi victor & imperii.

Romulus ut quondam vicit, cum stirpe nepotum,
 Precipuos populos, precipuosq; Duces.

Fortis sic vicit Germanus fortia regna,
 Germanus præstans corpore, mente, manu.
Scilicet hoc verum esse, docet Burgundio, victor

Gallorum, natus stemmate Teutonico
 Francus, Germanus, probat hoc Noremânia dives
 In regno probat hoc, Galle superbo, tuo.

Longobardus acæst, victorum victor: & ultro
 Germanos patres, inquit, honoro meos.

Sed priscam linguam mutavi tempore longo:
 Et mores sumpsi, Tuscia docta, tuos.

Hispanusq; potens gaudet jactare parentes,
 Germanos, Gotos, Anglia Saxonios &c.

Quis est quem *Marcomannorum* antiquissima o-
 rigo lateat, quos ita tanquam *Marcmanner* col-
 imitateos dictos fuisse literarum affinitas indi-
 cio est. *Cancos* etiam, primos Frisiz populos, quasi
Ransen appellatos fuisse si quis dixerit, non mul-
 tum à vero aberit. Ex quibus jam omnibus Sole
 meridiano clarius elucescit, quod ceteræ linguæ,
 quoad antiquitatem, eum nostra minimè sint
 conferendæ, utpote quas à multo tempore ex lin-
 gua Latina eaque depravata ortas esse constat.
 Quam nimirum exoticæ gentes, Romanum jugum

EPISTOLA

trahentes, voces Romanas frangere, lacerare, incidere, & ad suum guttur torquere sunt coactæ.

Quod si jam linguæ nostræ *puritatem* veritatis trutina perpendere velimus, ea tanta fuerit, ut meritò innuba & illibata virgo sit nominanda, sola enim lingua Germanica ita comparata est, ut sibi ipsi sit *αὐτοφύνη*, nec alterius cujusdam linguæ opera asciticia opus habeat, secus quàm in cæteris linguis usu venire videmus. Nam si primum linguam *Italicam* introspicias, eam partim ex lingua Latinâ corrupta, partim ex Gallica coaluisse, partim ex Gothorum, Hunnorum, Longobardorum & Vandalorum, Italiam depopulantium, corruptelis infectam esse deprehendes. Si linguam *Hispanicam* perlustras eam maximam partem Latinæ quasi propriam sibi vindicare, atq; adeò propius quàm Italica ad eam accedere, neque tamen Saracenicis suis sordibus quas olim Carolus Magnus ex parte everrit, cadere anteadvertes. Si ad Anglicam oculorum aciem intendas, eam majorem Germanicæ & Gallicæ linguæ partem in suum succum & sanguinem convertisse, & præcipuè verbis Germanorum auxiliariis, tanquam gentis Saxonicæ reliquiis, uti patefcet. Si ad *Gallicam* te conferas eam cum Italica & Anglica permixtam reperies: quam omisissa lingua Germanica (nam ut rectè sentit Budæus Galli antiquitus Germani fuerè populi, Franci appellati) sub jugo Romano constituti susceperè. At quendam jam vellicantè mihi aurem

& ta-

DEDICATORIA.

Tacite infusurantem audio: Si lingua Germanica, ut tua fert opinio, illibata virgo dicenda est, quid sibi volunt illa in tuis Grammaticis præceptionibus, ad locum de accentu, posita peregrina nomina? Bene, me hercule, mones; at velim, ne tuum tam decurtum præcipitanter interponas iudicium: Fateor equidem nonnulla etiam in nostram linguam peregrina itrepisse vocabula, at nequaquam tanto cumulo, nec etiam eadem de causa ut in linguis cæteris: Cæteræ enim ex evidenti necessitate mutuas inter se tradunt operas, ita ut extra illum mutuum usum nec sint nec esse possint, atque aded absque alterius opera sint avis deplumata: At Lingua Germanica utitur nonnunquam peregrinis vocabulis, non illa ex necessitate, sed liberè, ita ut dum vocabula adhibet peregrina, suis interim non destituatur vocabulis. Præcipuè autem peregrinarum adhibendarum vocum consuetudo è foro prodiit, cujus mater extitit varia ostentatio, tabulæ enim nostri forenses, ne à suis clientibus pro rerum imperitis & literarum ignaris habeantur, vocabula peregrina maximè verò ex lingua Latina desumpta adhibent, ac ad os Germanum detorquent, qualia sunt, excipiren, citiren, defendiren, tergiversiren, quibus tamen cõmodè carere poterant. Neque hic diffiteri possum In nostra lingua aliquot Græca aut saltem Græcis similita & ab hisce deducta reperiri vocabula, veluti à λαλέω loqui, est Germanicum *Lallen*; à ἡμερῶν die *Thür*; à μετρί *cun*

EPISTOLA

ὄντι μίτ/ab ὄντι supra ubet/ἀθρόν & thronus throni/
ἀράσειν quiescere casten/ἀράν & vestis roct/ἀ φάυλος
vitiosus faul/ἀ μύλα, mola mül/ab ἀγλαίειν splendere
gleissen/ἀ ἀέτιλ & infestus scheidlich/ ἀ θρεφρα ein
Ther/ veluti ante me hæc in sua terrarum orbis
 descriptione Michael Neander, vir multæ lecti-
 onis, eruditionisquæ singularis annotavit: at ea
 omnia pauciora sunt quàm ut aliquam lingua-
 rum mixtionem introducere valeant, tanta verdè
 ut venerandam linguæ nostræ antiquitatem Græ-
 cæ aliquo modo cognatam esse commonstrent
 veluti etiam ejusdem linguæ non levia vestigia in
 verborum Germanicorum augmentis vocalium-
 que & diphthongorum, quoad numeros & tem-
 pora, mutationibus cum Græcis communibus
 licet animadvertere.

Sed ad gravitatem & amplitudinem linguæ
 Germanicæ ut deveniam: non equidem eo infi-
 cias alias linguas veluti Italicam, Gallicam, Hi-
 spanicam (Anglicam veluti salebrosam exce-
 ptam volo) lingua Germanicæ esse delicia-
 tiores, amabiliore, suavior, & ob expeditam & faci-
 lem pronuntiationem volubiliores? verum quan-
 tum illæ hanc suavitatem superant, tantâ hæc il-
 lis gravitate, vivacitate, nervositate synonymo-
 rum & verborum compositorum numero; me-
 taphorarum frequentia & phrasium antecellit
 copia.

Quamobrem si aliæ linguæ tanta præmi-
 nentia destitutæ ab exteris & peregrinis natio-
 bus

D E D I C A T O R I A .

His jugi cultu coluntur, & de illis apprehendendis præcepta inventa sunt ac quotidie inveniuntur, quanto magis de acquirenda Linguæ Germanicæ cognitione laborandum fuerit, utpote cujus usus inter alias & jam remotissimas regiones se exerit maximus. Proficiscere enim in Italiam; urbem Romanam, Venetam, Euganeam, Neapolitanam Mediolanensem; Veronensem, Liguriam &c. ingredi, Germanos ubivis habebis obvios, cum quibus populus Romanus conversari expetit: Horum fidei, non subditorum; Dux Magnus Hetruriæ, Cardinalis Ferrariensis, Dux Mantuanus &c. corporis & vitæ salutem committunt: Hos Respublica Genuensium mœniorum suorum vult esse munimen & præsidium: Imò ipsius Pontificis Maximi (sanctissimi penè dixissem nisi in æternum hanc vocem amittere voluissem) latus Germanus Miles quotidie stipat. Proficiscere in Galliam, Lutetiam; Lugdunum; Aureliam &c. perlustras, Germanos nusquam non reperies: ac Regem Gallorum solo Germanorum uti in alle satellitio animadvertes: Britanniam ad eas Londinum Oxoniam, Cantabrigiam &c. ingredi, magno numero Germanorum turbas conspicias: sed nulla regio est inaccessa tamq; ab hominum sequentia remota in quam Germanus pedem non inferat! At quis conversationem illam Germanorum, quam omnes propemodum gentes afficiunt, vel in ipsa lingua Germanica non exercitatus, vel illius addiscendæ præceptis prorsus de-

() ()

Stitue

EPISTOLA

Ritutus consequi poterit? Hanc linguæ Germanæ antiquitatem amplitudinem, utilitatem puritatemq; agnoscentes, atq; ob id illius linguæ addiscendæ summo inflammati studio viri Clarissimi & Excellentissimi Dn. Hadrianus Connanus & Franciscus Connanus, ambo fratres, ille quidem Medicinæ Doctor in urbe Lugdunensi Gallorum primarius, hic verò J. U. Doctor ibidem præstantissimus, à me ante triennium (quo tempore illis valde utebar familiariter) Lugduni degente efflagitabant ut meam sibi operam in addiscenda lingua Germanica locare haud gravarer: quorum adductus postulato meam ipsis qualemcunq; opellam offerebam, easque quæ in legentis jam versantur manibus Grammaticæ præceptiones prælegebã, illi autem prælectas ad usum transferebant ac in tantum studio suo proficiebant, ut ipsemet felices illorum progressus admiratione quadam suspicerem. Tandem verò apud me in Germaniam reversum cum studiosi quidam Galli Argentinæ literis operam navantes hujusmodi linguæ Germanicæ præcepta vidissent, summoperè à me contendeabant, ut ea quæ apud me essent privati juris, publici juris efficerem, ac in gratiam studiosæ juventutis in lucem ederem. Tandem verò precibus Hutvelckerianis superiori mensè me Luppiæ invisentis effectum est, ut hunc meum fœtum exiguum typis extendendum & in usum communem conferendum illi commiserim: siquidem hæc vitæ humanæ societas mutuis inter se debet

con-

DEDICATORIA.

consistere officiis, in qua unumquemque veluti in publico aliquo mercatu exponere aliquid, quod alicui utilitati esse possit, maximè opere decet.

Verum enim v. admirabitur jam forsàn & quispian, nec tamen admiratione satis assequi poterit, *Princeps Illustrissime*, quod rem tam vilem & humilem, in primo frontispicio augustissimo augustissimi vestri nominis titulo insignire voluerim?

Est ita, non hslum, non tempus mentior ullum.

Celsitud. v. majora promereri & me debere ampliora, at interim me spes fovet maxima futurum esse ut si causas, quæ instituto meo subsunt, perceperit, nominis sui titulū huic meo fœtui veluti facem quandam præire clementissime admittat. Siquidem ad hosce ausus me animavit communis utriq; nostra patria Hassia, quæ Cel. Vest. subest dominio, hæc cum me ad vitales aures produxerit, mihi suasit, imò persuasit, ut gratos colonos imitarer, qui in sedulitatis, subjectionis & observantia testimonium fundorum Dominis fructuum suorum offerunt primitias. Suasit celsitudi: vest: animus heroicus, quo Dn. Avi sui *Philippi Hassia imò totius Germaniæ Achillis vel Herculis potius*, cujus jam memoria in benedictione est, heroicas virtutes summa cum admiratione æmularur: Suasit ejusdem præcipua quædam Comitas, quam Charites, præ cæteris Germaniæ Principibus, ingenti quodam cumulo, ut jam ad eum nihil amplius accedere posse videatur, affatim in illam effuisse in comperto est: qua hæctenus apud subdi-

EPISTOLA

tos suos tantum profecit, ut in illorum omnium sit delictis, illique nullibi non apud externos Domini sui humanitatem deprædicent. Suavit denique Cels. V. apud externas nationes illustrissima fama & honestissima nominis existimatio, quæ per crebras in exoticas regiones superioribus annis susceptas peregrinationes jam longè lateque divulgata est.

Unde cum hic liber ita comparatus sit, ut non nisi peregrinarum nationum usui inservire possit: utique ejusmodi patrono opus habuerat, cujus augustum nomen ante omnibus innotuisset. Præterea cum C. V. apud Gallos æ viterna vigeat memoria, veluti illud quod Lugduni *al' escu de France* inter aliorum Germaniæ Principum C. V. extans testatur *μνημόσυνον* (quæ ædes me quoque aliquando tractarunt hospitem) & hæc præcepta ad Gallorum præcipuè idioma sint accommodata: hinc vel eo præcipuè nomine huic sub C. V. auspicio à me factum edito non mediocri splendoris fiet accessio, atque ob id Gallis tantò gratior esse poterit.

Quapropter à Celsitudine vestra ea qua patet est animi submissione contendo, ut hunc meum factum, ad ejusdem clementiæ & favoris pedes sese provolventem, vitali aura perfundere, perfusum è tenebris in lucem evocare, evocatum sereno animi vultu suscipere susceptumque pro suo habere non dedignetur. Quod dum facio simul Deum præpotentem pro ejusdem, illustrissimæ conjugis, prolis, totiusque familiæ incolumitate

&c

DEDICATORIA.

~~et in~~ ad perpetuos usque dies in Ecclesiarum
& Rerumpublicarum maximum emolumentum
conservanda ardentibus precibus sollicito. Da-
bam Luppiae in Guesstphalis, 24. Julii, Anno à re-
dempto orbe supra sesquimillesimum Centesimo
decimo quinto.

Sels: vestra subjectiss:

M. Stephanus Ritter Grunbergensis Catus.
P. L. C. Gymnasii Lippiani Con-Rector.



0 0 3

M. STE.



M. STEPHANUS RITTER BENE-
volo Lectori S P. D.

Multi haectenus, benevole lector, eam im-
bibere sententiam, ac si lingua Germa-
nica adeo tumultuario sit comportata, ut nullis
praeceptionum aut regularum cancellis includi
valeat. Verum, cum nihil adeo sit confisum,
quod non lucubrationibus si usui aliquando es-
se possit, ad luculentam possit reduci consonan-
tiam: nihil adeo tenebris oppletum, quod quis de
tenebris in lucem asserere non valeat. Hinc ho-
rum sententia quam a vero aliena sit, illi, ne
spes me fovet maxima, deprehendent, qui haec
mea praecepta Grammatica ad usum aliquan-
do transferent: veluti qua generales primum,
per omnes Etymologiae partes cum omnibus ac
singulis exceptionibus quantum mea ingenij
potuit indagare imbecillitas, continent regulas.
Quod ut eo facilius deprehendere possis, causam
hujus mea jam facta assertionis, & quid hunc
meum laborem promoverit, detegere libuit, Ac
primum quidem ex Lexico quodam Germani-
co omnium Germanarum vocum rudem ali-
quam massam colligebam, imitatus institutum
arti-

artificum, qui si aliquid artis ope extruere conantur, de lignis & lapidibus sibi primum prospiciunt, & inde industria sua lima perpoliunt ac lavigant: collectam in chartularum minutias, quarum unaquaeque unam vocem continebat, dissecabam: Dissecatas ductu digiti (ut in sarctura anagrammatum fieri assolet) in polysyllaba, dissyllaba & monosyllaba dissescebam, hinc quarum accentus sedes communiter polysyllabis inesset observabam (appage v. sis cum illa regula, qua exceptione sua est angustior) & ex hisce regulam constituēbam, ceteris vocibus ad exceptionem reservatis omnibus, quas tamen, exceptionum prius inventis subdivisionibus, ita collocabam, ut generalior semper includeret specialiore atque idem etiam in dissyllabis factitabam donec in tota accentus doctrina nullam amplius vocem anomalam desiderari perspicerē. Inde chartulas meas rursus confundens, ubi cetera nominum accidentia animadverteterem inventu esse facili, inveniendorum generum & declinationum difficilem esse notandum deprehendebam: primum ergo ad nominum inveniēda genera me accingens nullas ex terminatione dignoscendorum generum regulas inveniri posse deprehendebam, siquidem eadem terminatio ut plurimum equali

BENEVOLO LECTORI.

numero omnia recipiebat genera: unde factum est: ut omnia quae apud Germanos reperiuntur nomina, quoad terminationem, ad alphabeti ordinem disponere opus habuerim, & quia ad ejusmodi indicem toties cōfugere, studiosis molestum futurum esse facile colligere poteram, hinc ut huic tadio aliquantulum occurrerem in alios cognoscendorum generum modos generales inquirendos incumberebam, donec multorum nominum genera ex significatione, motione, origine & compassione deprehendi posse viderem, ac ob id ea quoque de re regulas, proponerem. Superatis inveniendarum generum salebris, me ad declinationum inventionem conferebam: In cujus inventionis subsidium, adjectivis à suis substantivis separatis, substantiva in omnia genera disperseam unicuique generi peculiarem declinationem assignabam, cumque in unoquoque genere inspectendi communio rem modum invenissem, ex illa differentiam specificam constitutebam, annotatis interim ceteris nominibus omnibus, quae ab hac communi forma divortium facerent, veluti in primis videre est in declinatione prima & secunda, in qua omnia nomina, quae contra communem formulam inflectuntur, qualia sunt quae & en recipiunt liberè, cum paucissimis quibusdam alijs sunt an-

nota-

BENEVOLO LECTORI.

notata, illorum peculiaris inflexio monstrata, & in indice alphabetico collocata, ita ut jam quilibet in eo securus esse possit, quod omnes voces vel secundum inflexionem regularem vel appositam irregularem inflectere valeat: idem à me factitatum est in declinatione tertia & quarta adjectivorum, cujus utriusq; inflexio est aperta ut in illa facillime se quis expedire valeat.

Quantum ad pronomina attinet, cum pronomina variè accipi, & unum idemq; nunc demonstrativi nunc reciproci nunc relativi induere naturam perspicerem, totus in eo fui, ut ambiguitates illas distinctionum remedio è medio tollerem.

Inde ad verbum me conferens, post auxiliariorum verborum inventionem, ad conjugationum inveniendas species unguibus caput radexam, neq; enim ulla hinc alibi extabant vestigia, donec tandem labore nostro efficeretur, ut duae conjugationum invenirentur species, una quidem regularis cujus imperfectum ad suum thema addit te, perfectum literam t. secundum quam omnia verba regularia (ea scilicet quae in altera irregulari non sunt posita) facili negotio, observatis formationum regulis, inflecti poterunt: Altera irregularis, quae quamvis im-

perfe-

BENEVOLO LECTORI S.

perfectum formet in e liberum, perfectum inent
 ac eo respectu regularis dici mereatur, attamen
 ob tenebras mediarum literarum permutatio-
 nes, à me irregularis indigita est: praesertim
 cum ejusmodi mutationes regulis includi ne-
 quirent. Unde etiam factum est, ut omnia illa
 verba, quae in temporibus in quibus mutationes
 illa locum habebant, in indice informata appa-
 suerim, ut exinde tanquam ex quodam prom-
 ptuario inflexiones depremi valerent: Anno-
 tatis itaq; hisce omnibus (utpote quae prius dispa-
 sita prodebant chartula,) nihil superesse jam vi-
 deo, quod verbi alicujus inflectendi difficultatē
 alicui inycere valeat. Atq; haec sunt de quibus
 benevoli lectorem, quo ad difficiliiores oratio-
 nis partes, admonendum esse duxi, nam quan-
 tum ceteras orationis partes attinet, in illis tan-
 ta difficultas non residet, ut vel instituti nostri
 rationem, vel ulteriorem instructionem desi-
 deret.

Superest jam alter modus per quem noster
 hic labor promotus est, usus & exercitatio: dum
 nimirum ipsemet peregrino addictos idiomati
 ductu horum praeceptorum informavi: ex qua
 re observationum magis magisque facta est ac-
 cessio, illi siquidem quorum nostra lingua non e-
 rat vernacula, facilius quam alius, cui omnia

citra

BENEVOLO, LECTORI S.

infra artem usu erant tritissima, si quid nota dignum pratermissum fuerat, observare poterant. Ac ob id sitale quidpiam inter legendum occurrebat, aut regulam aut exceptionem ilico exposcebant.


Porro antequam hinc abeam de preparatorijs quoque & adminiculis quibusdam ad hanc linguam apprehendendam accommodatis studiosi commonescendi fuerint: Qualia sunt ut primò mature sibi præceptorem adsciscant, qui ipsis viva voce in pronuntiando præeat, perquam, a mandata literarum pronuntiatione peregrina, Germanicam genuinam assumant, hoc enim si quis effectui dare neglexerit, illam non raro impingere necesse fuerit, quod ut patescat, unico exemplo illud illustrare placuit. In tali litterarum g. Latinorum ut sch tam in vernacula quàm Latina lingua efferunt: verbi gratia, magis pronuntiant ut maschis, quod si orge ea de re non admoniti fuerint, pro regen pluvia reschen legent. 2. Ut aliquot puros authores legendos sibi seligant: veluti sunt SS. Biblia, per D. Lutherum tanta sermonis rotunditate & perspicuitate translata, ut non tam Lutheri quàm S. Sancti dictantis verba dicenda veniant: vel Sleidani, Livij aut Josephi Historiographorum novissima translatio. 3. Ut frequenter

Ger-

BENEVOLO LECTORI

orum utantur conversationibus, illa-
 cet, qui in umbilico quasi Germania
 respuro utuntur idiomate: veluti sunt
 qui puritate sermonis alijs omnibus
 it, Thuringi, superiores Saxones, Hessi,
 Alsatii, Sivevi &c. non verò eorum qui
 um peregrinarum gentium habitant
 veluti sunt Helvetij & in primis ij qui
 lgo Grwabünder vel Thurwaller ap-
 , quorum lingua pulmentum est ex
 alica & Germanica confectum: Tiro-
 eandem rationem, & Belga, quibus
 Frisios & VVestphalos annumero.
 jam, lector amantissime, & nostram
 iticam præceptis methodicis compre-
 & ita tornatam ut jam earum rerum,
 ius studiosos scire refert, parum de-
 retur, favoris & benevolentia
 tua aura subleua.

HO



HONORIAC AMO
 RITTERIANO.

Quid si magnarum sunt omnia Nomina
 Quid si in frustra patrant Natura
 non immerito Ritterum Nomine cla-
 velut & posthac florebit Nomine cla-
 vnamq; solum Natale est Nominis
 dole Doctorum: (Eronberg cognomina-
 tibus vitales primam conspexerat antra
 templo Charicum chorus inclutus ant:
 lina feret illustri Parnassi aliquando C
 huc Stephani nomen! præclari Nominis
 Regis hoc: porro Ritteri nomine gaudet
 tuerit: quoniam felix ad culmina scan-
 diti montis turba applaudente Nover-
 dum Aurat è est Phæbeos nactus hor or
 tu concessa Lauræ Grallere sacra st:
 gradus Soli quid scenero! optime Gal-
 rita. Ritteri Lauram reverenter habet
 de nuper vestris ubi de geret hospes in oris
 Galie nunc dextro Germane idiomate m-
 Galie tibi: ante illum quod multis usq; r. ego
 hunc donato tibi munere, candidè Galie:
 Tempus erit posthac ubi mox majora videl
 & p. Rittero Jovam in pia vota vocato.
 F.M. Henricus Clessius veri
 Lippia minister.



HONORIAMORI RITTERIANO.

Quod si magnarum sunt omina rerum:
Quod si nil frustra patrant Natura Deusq;
Tum non immerito Ritterus Nomine claro
Jam cluit & posthac florebit Nomine claro!
Clarinaeq; solum Natale est Nominis OMEN
Fertile Doctorum: (Gronberg cognomine dicunt)
Hic ubi vitales primum conspexerat auras,
Ex templo Charitum chorus inclytus ambiit illum:
Quod foret illustris Parnassi aliquando Corona
Hinc Stephani nomen! preclari Nominis omen.
Nec satis hoc: porro Ritteri nomine gaudet,
Et merito: quoniam felix ad culmina scandens
Aonii montis turba applaudente Novena
Arboris Auratæ est Phœbæos nactus honores:
Quos tu concessa lauru Grassere sacrafti!
Sed radios Soli quid sceneror! optime Galle
Te volo. Ritteri Laurum reverenter habeto:
Hic nuper vestris ubi degeret hospes in oris
Ordine nunc dextro Germana idiomata monstrat
Galle tibi: ante illum quod multis usq; negatum est.
Atterè donato tibi munere, candide Galle:
Tempus erit posthac ubi mox majora videbis
Et pro Rittero Jovam in pia vota vocato.

F.M. Henricus Clessius verbi divini
Lippia minister.

IM



IN GRAMMATICAM CLARISSIMAM
mi Stephani Equitis Laureati.

Multi Grammatici, boni, politi,
Multos Grammaticos bonos, politos
(Quod non diffiteor) dedere libros:
Noster sed Stephanus meret coronam,
Noster fortis Eques meret brabeum:
Tam vicit studio sagaciore,
Tam vicit methodo probatiore!

*Henricus Kleberus, Lippiensis Scholæ
Rector scripsit.*





GRAMMATICA NOVA GER-
manica.

Grammatica Germanica est ars be-
ne loquendi Germanicè,

Partesejus duæ sunt: Erymolo-
gia & Syntaxis.

Erymologia est quæ singulas voces per-
pendit, estq; vel simplex vel composita.

Erymologia simplex vocum tantum ini-
tia exponit, id que vel in literis, ut Orthogra-
phia: vel in syllabis, ut Profodia.

DE ORTHOGRAPHIA.

Orthographia consistit in doctrina lite-
rarum, videlicet in earum. 1. Pronun-
ciatione. 2. Scriptura. 3. Abbreviatione.

DE LITTERIS.

Literæ quibus Germani utuntur sunt vi-
ginti quatuor.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Fff Gg Hh Ii
Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt
Uu Vv Xx Yy Zz.

Inter has **W** est sola Germanis propria.

A

D

2 GRAMMATICA
 DE PRONUNCIATIONE LITERARUM,
 & primò
 DE VOCALIBUS.

Literæ sunt vel vocales, vel Consonantes.

Vocales, quæ per se sonum efficiunt ac syllabam constituunt, sunt sex: a/e/i/o/u/&y.

Vocales, vel sunt mutabiles, vel immutabiles.

Mutabiles sunt, quæ in vocum formatione mutantur in propriam diphthongum, ut: pote a in æ/o in ô/u in û/quod cõtingit vel in formatione numeri singularis in pluralem: ut der stall *stabilum*, die stall *stabula*: vel formatione positivi in comparativum: ut stark *fortis* stärker *fortior*: vel formatione primitivi in suum diminutivum: ut: das buch *liber* das büchlein *libellus*: vel formatione imperfecti indicativi in imperfectum optativi: ut Ich trug *ferream*, Ach das ich trüge *utinam ferrem*.

De qua re in suis locis.] Inter vocales J & v. sæpe fiunt consonantes, quando nimirum in initio syllabæ ante aliam vocalem positæ cum illa unam syllabam efficiunt. ut: Jahr *annus*, viel *multum*.

A eodem modo pronuntiatur quo apud
 Lati-

Latinos: Nonnunquam tamen ferè supprimitur ut vix ab *Æ*. discerni possit, veluti in voce Jerusalem.

Ä geminatum tanquam simplex est proferendum, at cum mora, & quasi cum circumflexu, ut *die saax seges*.

Æ propter duplicem quò profertur sonum duplex statuimus, *apertum & minus apertam*.

Apertum est quod ore magis aperto pronuntiatur, ut proxime accedat ad diphthongum, ut *segen purgare, regen pluere, Segen benedictio*.

Minus apertum est quod ore minus hiantè effertur, ut *Heer exercitus*, veluti apud Gallosè ut *bonsè*.

In quibus verò vocabulis utrumque locum habeat, non tam ex regulis, quàm ex usu addisci poterit.

Veluti *ä* ita litera *Æ* quoque quando geminatur, pronuntiatur quidem ut simplex, at longius & quasi cum circumflexu: ut *Seel* quasi *Seël anima*.

Æ finale ut in pronunciando ita etiam in scribendo potest omitti: ut *die gabel donum pro die gab*.

Æ potest *ÿ* vocalem pronunciando quiescit,

scit, ut pro die/lege di: pro *jealicher*/lege *sglis*
cher (quam vocem tamen Westphali per *jos*
 pronuntiant.) Secus si sequatur *J* consonan-
 tem ut *Jenner*/*Januarius*.

J vocalis in fine dictionis non reperitur,
 pro eo enim *Y* pingitur: ut *zwey*/dico non
zwei.

D, ut *o* Græcorum clarè exprimi debet,
 non more Gallico, qui ferè sicut *o* efferunt.

B pronuntiatur ut *s* Græcorum vel ou
 Gallorum: caveant ergo sibi Galli ne *v*. ve-
 luti *u* diphthongum more suo pronuncient.

Literæ *B* & *P* post *M* absorbentur, ut:
 pro *fumpt*/legitur *funt*/venit. pro *Blumb*/
 legitur *Blum* flos.

C ante *E* vel *J* pronuntiatur ut *ç* Græco-
 rum: veluti *Centner*/Centenarius, *Cirkel*/
 circulus. Antè *t*/vero *v*/*u* & quamcunque
 consonantem remissius quam *f*: ut, *Capittel*
 Capitulum, *Corall* Corallium, *Eucumer* Cu-
 cumis, *Elagen* Canqueri.

Ch in medio & fine dictionis pronuntia-
 tur veluti *χ* Græcorum, ut: *lachen* ridere, *doch*
tamen: At in principio effertur ut *f*. veluti
Christ quasi *Krist*/*Christianus*:

Prior harum literarum pronuntiatio Gal-
 lis admodum est difficilis, utpote qui eas
 cum

cum sibilo ac ferè ut sch proferunt.

Ch. anteliteram S. legitur velut x. ut pro
Wachs Cera, legendum est, Wax/ pro wach
sen/ woxen Crescere.

S. pronuntiatur veluti y. Græcorum: ut
gehörchen obsequi, nonnunquam verò effertur,
ut: f. sed tamen mollius, ut in vocibus
gar omnino, & garte hortus.

H. cum forti aspiratione benè debet efferi
nec more Gallico penè pronuntiando ta-
ceri: ut hoch/ altus.

J. consonans pronuntiatur, ut: Joth He-
bræorum vel i. consonans Latinorum: non
veluti apud Gallos, cum aliquo sibilo: ut ein
Jäger/ venator.

Sch. effertur ut Schin Hebræorum, sine
& Græcorum: ut, schuld debitam.

St. pronuntiatur veluti Scht: ut ein stein/
quasi ein Schtein/ Stockfisch asellus, piscis ma-
rinus, quasi Schtockfisch.

Sic S. p. pronuntiatur ut Schp. veluti
Spiegel speculum, quasi Schpiegel/ Spect
quasi Schpect lardum.

B. consonans pronuntiatur ut. f. Non e-
nim Germani differentiam illam inter vau &
f. veluti Galli (quamvis utilem) tam in ver-

naçula quàm Latinâ lingua, observant: ut
 piel multum/ vor antè.

W. magis mutè quam v. consonans Gal-
 lorum debet exprimi: Non enim **W** (ut qui-
 dam in sua Grammatica Gallica inculcat) v
 ut **m** Germanorum pronuntiant.

Et tantum abest, ut Galli hoc faciant, ut
 etiam non nisi magno cum labore ad veram
 literæ **W.** pronuntiationem adduci possint:
 Medium quidem sonum inter **f** & **m**. edere
 solent, ipsum vero extremum neutiquam
 attingunt.

W. post **X.** & **E.** interdum æquivalet vo-
 cali **v** atque adèq̃ vocalis præcedens cum **m**.
 juncta procreat diphthongum, ut **aw.** quasi
au.ew. quasi **eu.** veluti illud in diphthongorum
 doctrina patebit.

In reliquis literis hîc non positis Latino-
 rum pronuntiationem imitari memineris.

DE DIPHTHONGIS.

EX vocalibus conflantur diphthongi; quo-
 ties scilicet vim suam retinentes in u-
 nam syllabam coalescunt.

Suntque i. vel duræ vel molles: Duræ quæ
 duriore & fortiori sono proferuntur suntq;
 quatuor, **Au** si ve **Aw**/ **Eu** si ve **Ew**/ **Ei** si ve **Ey**/
 oi

si five ay. Molles quæ molliore & propius ad simplicium vocalium accedente sono proferuntur veluti a cum e superscripto ä. o cum e superscripto ö. u cum i superscripto ü. Au vel aw pronuntiatur sono intermedio vocalium a & u / quemadmodum in voce Latinorum aurora, ut sauer *acidus*, Bawer *rusticus*.

Eu est sonus intermedius literarum E & y / velut apud Latinos vox *Eurus*. ut sewer *ignis*, ewer *vester*.

Ei & Ey habent sonum intermedium vocalium E & Y five y / velut in vocibus Latinorum parteis, omneis: in pluribus tamen vocibus habent hæ etiam diphthongi sonum intermedium vocalium a & i. ut iwey / quasi *ai* duo. Einer quasi *ainer unus*, secus evenit in voce drey *tria*, ä pronuntiatur sono medio inter a & e ut baten *orare*: o cum sono intermedio, o & e / ut hören *audire*. ü cum sono intermedio, u & i / ut übel *malum*.

Secundò Diphtongi sunt mutabiles vel immutabiles.

Aw est diphtongus mutabiles eo quod in nominibus pluralibus mutatur in eu / ut Haus domus, plurali domus Heuser / reliquæ sunt immutabiles.

DE SCRIPTURÆ VOCUM GERMANICARUM.

QUantumvis inter b & p. in lingua græca Latina & aliis linguis, quo ad scripturam & pronuntiationem non levis, sit differentia, in multis tamen Germanorum dictionibus non attenditur. ut *Bitt & Pitt / petitio.*

Eodem modo discrimen inter d & t. in quibusdam vocibus negligitur ut: *Tach & Dach tectum, Tanzen & Danzen saltare.*

Germanica consonantes finales plerumque ornatus gratia duplicare solent, ut *all omnis. Pfundt pondo, Haus domus.* Nunquam in fine dictionis absque R vel E reperitur, ut *das Dach tectum, die Banc scamnum.*

G. finale cum est semi R recipit, ornatus gratia R. ut *taq / taq dies*, quando verò cum mollitie est efferendum R respuit, ut in voce *plag plaga.*

R nunquam aliquam dictionem finit sine L & g. ut *francf eger, lancf longus.*

Quòd apud Latinos nominibus propriis evenit, ut majusculis scribantur literis, illud apud Germanos omnibus nominibus substantivis contingit: ut *die Erd terra, der Mann vir.*

Si

NOVA GERMANICA.

Si nunquam in fine dictionis pingi sed pro eo *cy* poni debet, ut *Bleyplumbum*.

S. longum & apertum quale, est hoc in principio tantum & medio dictionis pingi debet: at breve & clausum quale est hoc, *s* in fine tantum scribi debet.

Pro *au* & *eu* scribatur in fine dictionis semper *aw* & *ew*. ut *Saw sus*, *Arew fidelitas*.

Litera *v* duplici modo, pingitur, vel character aperto vel clauso: aperto veluti *u* de quo reneatur regula quod semper in medio vel fine, nunquam in principio poni debeat, ut *hundert Centum*, at non *hundert; u* at non *u*: Clauso veluti *v*. in quo observandum quod in principio tantum, nunquam in fine locum habere possit, seu sit vocalis seu consonans, ut *vergesen* oblivisci, non *uergesen*.

DE ABBREVIATIONE.

Virgula in vertice alicujus literæ in latum ducta legitur post illam literam, vel ut *W*/ vel ut *N*. ut pro *da* legendum *dan/* nam pro *Himmel*/ legendum *Himmel Cælum*.

Nonnunquam ejusmodi virgula denotat *d*/ ut: pro *vñ* legatur *vnd*.

Si *;* sequatur *d* aut *w* legendum erit ut *as:* ut *d;* *das/ w;* id est *was*.

DE PROSODIA SIVE ACCENTU.

I. REGULA.

OMnia dyffyllaba habent accentum in prima ut *lesen* / *legere*, *machen* / *facere*, *Schreiber* *scriptor*.

EXCEPTIO.

Incipientia per *be* / *ge* / *ent* / *er* / *ver* / *zer* habent accentum in ultima: ut *berühmt* *famosus*, *geschickt* *aptus*, *verzärt* *consumptus*, *zertheilt* *partitus*, *entrüst* *iratus*, *Erlöst* *liberatus*, *verschelt* *irrisus*, *zertheilt* *divisus*.

2. Derivata à Græcis & Latinis ut & omnia ex aliis linguis peregrina accentum habent, in ultima, quæ omnia, ut tanto melius à reliquis dignoscantur, placuit hic apponere. Utpote sunt, *Alayn* / *Arrest* / *Pallast* / *Papir* / *Person* / *Scabell* / *Regent* / *Latein* / *Metall* / *Quartal* / *Revers* / *Legat* / *Muscat* / *Camel* / *Proceß* / *Rosin* / *Natur* / *Viol* / *Topas* / *Tractat* / *Tribut* / *Triumpf* / *Student* / *Substanz* / *Spittal* / *Spicnart* / *Scribend* / *Crystall* / *Cistern* / *Damast* / *Comet* / *Concept* / *Delphin* / *Ducat* / *Confect* / *Melon* / *Tyrant* / *Achat* / *Berill* / *Salat* / *Credenz* / *Compeß* / *Provos* / *Quittanz* / *Paffe*

Pasquill / Granat / Sinans / Bachandt.

3. Nomina desinentia in Jr / ut Bitschir /
Clavir / Elister / Rappir / Panir etc.

4. Nomina in eis ut Plateis / Paradeis.

5. Nomina in et qualia pleraq; ex aliis lin-
guis sunt oriunda ut Salvēt / Claret / Drom-
mer / Panctet / Dopleet (genus poculi in medio
divisibilis ut ex utraq; parte quis libere pos-
sit) Pastet / Paret / Lampret / Planet / Prophet.

6. Nomina in ey ut Parehey / Pastey.

7. Nomina in isti / qualia officium signifi-
cant ut: Sigrift / Copist.

8. Voces indeclinabiles in fine cum ali-
qua propositione compositæ : ut dardurch:
hîc in fine repetitur præpositio, durch per:
hinauf / hîc præpositio est auf supra: hinaus
hîc præpositio aus ex: herfur hîc præpositio
fur pro.

L I.

Poly syllaba accentum habent in prima
ut an-clagen / accusare. Unde consequens
est, si vox aliquo sit quadrissyllaba quod si-
militer accentus non sit in antepenultima
sed in prima quod in aliis linguis haud usu
venit: ut **Zursichtiglich** prudenter, **Die leben-
digen**, vivi.

EX.

EXCEPTIO VOCUM QUARUM
accentus est in penultima &c.

I.

Composita per *be / ge / er / ver / zer / vber / Cent / em /* habent accentum post illas particulas: ut *begraben / sepultus, gestorben / mortuus, erfreuen exhilarare, verloren perditus, zerbrochen fractus, vberschreiten / transgredi, entleihen mutuo accipere, empfinden sentire, erfahrung experientia.*

Hinc consequens est quod eiusmodi voces si fuerint, quadrisyllabæ accentum habeant in ante penultima, ut *geheiliget* sanctificatus, accentus enim est post illas præpositiones. Consequens etiam est quod omnia participia perfecti temporis, quæ ab initio regulare accipiunt augmentu syllabæ *ge* si sint quadrisyllaba accentum habeant in penultima.

2. Verba semilatina primæ conjugationis, quorum Infinitivus in *Yren* desinit: quæ omnia quotquot in Linguam Latinam irreperunt, ut eo melius ab aliis discernantur hic apponere placuit.

Nempe, *Studiren / Protestiren / Verziren / Euren / Proviantiren / Poliren / Regiren / Regis
stria*

streich/ Tituliren/ Triumphiren/ Accordiren/
 Summiren/ Spaziren/ Cassiren/ Declariren.

Et reliqua in Iren verba quæ partim sunt
 peregrina, partim hujus linguæ propria ut
 Balbiren/ Pancketiren/ Panckerotiren/ Kans-
 tioniren/ Suriren/ Staffiren/ Stumpffiren/
 Zubniren/ Handtiren/ Neuteniren.

Deniq; nomina ab hisce verbis derivata,
 ut Balbirer/ Panckerotirer/ Surirer etc.

Hæc semi Latina. Exempel/ Einober/ Car-
 funkel/ Comedy/ Coriander/ Cucumer/ Tra-
 gebi/ Triangel/ Register/ Limonen/ Spichars-
 den/ Egypten/ Apostell/ Apotecker/ History/
 Camillen.

4. Adjectiva in ish à nominibus regio-
 num derivata ut: Italienish/ Frankosish/
 Barbarish.

5. Hæc sequentia Carfreitag/ Credenker/
 Muscateller/ Pantoffel/ Salpeter.

EXCEPTIO VOCABULORUM QUO-
 rum accentus est in ultima.

OMnia Poly syllaba in ey accentum ha-
 bent in ultima, ut buber^{ey} nequitia, bet^{ey}
 teley mendicatio.

Nomina in ish quæ personam aliquam aut
 offi-

officium personæ significant, ut: *Evangelist*/
Organist/*Lautenist*/*Anatomist*/

3. Semi Latina in et ut *Universitet*/*grabitet*/*Solenhitet*/*Nativitet*.

4. Sequentia semilatina, *Elemend*/*Caradinall*/*Carmesin*/*Vitriol*/*Terpetin*/*Testament*/*Chiriac*/*Linial*/*Leopart*/*Paradeis*/*Elephant*/*Hospitall*/*Pelican*/*Pergament*/*Pediluenz*/*Prædicant*/*Rosmarien*/*Sacrament*/*Apotec*/*Basilisch*/*Bibliothec*/*Tormenell*.

5. Hæc peregrina *Pomeranz*/*Partisan*/
(genus hastarum Gallicarum) *Proviandt*.

6. Semi Latina in on / ut *Supplication*/
Pension/*Defension*.

Haftenus fuit Etymologia simplex: sequitur composita quæ versatur circa dictiones ex literis & syllabis compositas: cujus partes sunt octo: *Articulus*, *nomen*, *pronomen*, *verbum*, *adverbium*, *interjectio*, *conjunctio* & *præpositio*:

DE ARTICULO.

Articulus est vox declinabilis in serviens nominibus ad dignoscenda illorum genera & Casus.

Articulus est duplex: *finitus* & *Infinitus*.

Infinitus est quo utimur: quoties nomen ali-

aliquid in genere proferimus: utpote ein
 Holz lignum, ein Buch liber, Gallis est parti-
 cula un/ ut un homme, vir.

INFINITÆ ARTICULI IN-
 flexio.

Masc:	Fem:	Neutrum:
N. Ein	N. Eine	N. Ein
G. Eines	G. Einer	G. Eines
D. Einem	D. Einer	D. Einem
A. Einen	A. Eine	A. Ein/etc.

Plurali numero caret, quomodo enim u-
 num plura esse poterit? Quoties ergo in plu-
 rali de aliqua re infinitè loqui volumus, tum
 nomen absq; ullo articulo ponimus.

Dicitur etiam in nominativo masculini
 generis, *einer* & in neutro *eines* / verum tum
 non est articulus sed nomen adjectivum nu-
 merale: ut *quot adfuerunt?* R. *einer/unus*.

Articulus finitus est quo rem in specie de-
 claramus ut *homo der Mensch/ etc.*

EXEMPLUM ARTICULI FINITÆ
 singularis.

M.	F.	Neu:
N. Der	Die	Das.
		G. Des

G.	Des.	Der.	Des.
D.	Dem.	Der.	Dem.
A.	Den.	Die.	Das.

Pluralis.

N.	Die	In omni genere.
G.	Der vel derer	
D.	Denen vel den	
A.	Die	

OBSERVATIONES IN UTRUMQUE
articulum.

I.

Articulus uterq; sæpissimè patitur contractionem, utpote, pro eines eins / pro einem ein / pro derer der / pro denen den.

2. Quando articulus cum aliqua præpositione concurrat, tum sæpissime articulus & præpositio in unam syllabam coalescunt, veluti pro zu dem Vater / dicitur zum Vater / pro in das Haus / dicitur ins Haus / pro an dem Tag / dicitur am Tag / pro vber dem Erdreich / dicitur vberm Erdreich. Hæc tamen contractio in articulo finito tum demum locum habet quando propriè est articulus nomini in specie appositus, nam si individuo determinare apponatur, tum erit pronomen

demonstrativum, ac contrahi non poterit, ut
an dem tag als Carolus gen Rom kam / eo die
quo Carolus Romam veniebat.

3. Articulus uterq; nominibus tantum
 inservit, non, velut apud Græcos, & Gallos,
 etiam pronomibus.

DE NOMINE.

Nomen est pars Etymologiæ agens de
 vocibus apud Germanos declinabili-
 b⁹, tam per se quàm per utrumq; articulum.

Nominis natura cognoscitur ex quali-
 tate, genere, motione, origine (sub qua et-
 iam continetur comparatio) declinatione,
 (sub qua etiam continentur numeri, casus,
 & terminatio) & compositione.

DE QUALITATE NOMINUM.

Secundum qualitatem nomen dicitur,
 vel substantivum, vel adjectivum.

Substantivum est, quod per se subsistens
 cum verbo aliquam perfectam orationem
 constituit, habetq; ante se unum ex articulis,
 ein vel der/ die/ das/ ut *ein man vir, das Pferd:*
equus.

Substantivum est proprium vel appella-
 tivum.

B

No-

Nomina propria virorum, & mulierum interdum induunt naturam speciei, quoties scilicet pluribus individuis applicantur, & tum etiam in plurali numero efferuntur instar specierum; ut *Die Johannessen / vel Hansen haben gemeiniglich groß Meuler. Hi quorum nomen est Joannis plerumq; amplo ore pradi sunt.*

Adjectivum est quod per se sine substantivo non existens solum cum verbo orationem nec constituit, nec articulum recipit. Ut *gelert / doctus*. Nec huic contrarium est, quod ante adjectivum frequenter ponatur articulus: Ut, *ein weiser Man / vir sapiens*: Si quidem ille apponitur non tam propter vicinum adjectivum, quam propter sequens substantivum, quod suum adjectivum apud germanos nunquam præcedit.

OBSERVATIO IN QUALITATEM NOMINUM.

Nomina quæ terminantur in *heit / heit / schafft / umb / ion & nus* omnia sunt substantiva, abstracta scilicet suorum concretorum: ut *Erbarkeit honestas, Berwegensheit petulantia, freundschaft amicitia, reichthumb divitia, beferung conversio, Hurerey for-*

fornicatio, bekümmeruus calamitas, Supplicatio supplicatio.

Nomina de sinentia in *isch / bar / ig / haftlich / & sam / sunt* vel adjectiva, concreta scilicet per suum abstractum, vel adverbia ab hisce descendunt: ut *Närrisch stultus, danckbar gratus, sällig beatus, Dinsthafte officiosus, höplich urbanus, gehorsam obsequens.*

DE GENERE NOMINUM.

PER genus cognoscuntur nomina secundum sexum, utrum sunt masculina, feminina, generis omnis vel promiscui.

Masculina sunt quæ habent præfixum articulum *der / ut der Man / vir.*

Fæminina sunt quorum articulus est *die / ut die Cat / Catius.*

Neutra sunt quorum articulus *das / ut das buch / liber.*

Promiscui generis sunt in quibus variare licet: ut *das theil / & der theil / pars, der gewalt / vnd die gewalt / potestas, der scepter & das scepter / scepterum, die erkantnus / vnd das erkantnus / notitia, quemadmodum & cætera in his verbalia *der banck vnd die banck / scamnum.**

Communianon habemus, nam apud Latinos communia apud Germanos in femini-

no formantur in in / ut postea in motione dicitur: Neq; etiam habemus nomina generis omnis: Siquidem adjectiva per se quoad articulum non sunt generis omnis, at possunt substantivis cuiuscunq; generis applicari Cognoscuntur autem genera nominum quinque modis significatione, terminatione, motione, origine & compositione.

MODUS GENERUM COGNOSCENDORUM
ex significatione.

Nomina quæ significant viros, officia, virilia, menses, quatuor partes anni, animalia quadrupedia, aves, pisces, gemmas, monetas, plagas mundi, ventos, planetas, sunt generis masculini.

EXEMPLA CUM EXCEPTIONIBUS HUIUS
regulæ.

Virorum ut Maximilian, Cristoffel. Christophorus officiorum virilium, ut der Rentmeister, der Koch, coquus.

Mensium, ut der Jener. Januarius, der Februa Februanus.

Quatuor partium anni, ut der Sommer, Winter, hyems &c.

Quadrupedum, ut der Löw / Leo, der Bär / ur-

ursus, excipe neutra, das Elend / das Pferd /
das Rint / das Kalb / das Camel, das Königlein /
vel Kaninichen / das Roß / das Schwein / das
Einhorn / das Schaf / das Lamb / das Eich-
horn.

2. Femin: die Ziege / die Geiß / die Kuh / die
Katz / die Saw / die Hinne.

Avium, ut der Adler *aquila*, der Rapp *cor-
vus*, der Storck *ciconia*. Excipe 1. femin: die
Ende / die Gans / die Taub / die Amsel / die
Truffel / die Gräe / die Schwalb / die Eul / die
Nachtigall / die Reih / die Azell. 2. Et neutra,
das Hun / cum compositis, Rapphun / Hasel-
hun / item diminutiva (quæ ubivis sunt gene-
ris neutri) ut das Zeißlein / das Rohbrüßlein /
das Goltthämerlein / etc.

Piscium, der Hecht *lupus*, der Carp *carpio*:
Excipe femin. die Plateiß / die Lampredt / die
Gründel / die Schley.

Gemmarum, ut der Achat *Achates*, der Dia-
mant *adamas*, der Magnet *Magnés*, etc.

Monetarum der Ducat / der Bas / der Creu-
ser / der Thaler / der Pfennig / der Grosch / der
Schilling / der Heller / der Portugalöser / der
Kosennobell / der Gülde / der Plappert / der Orth /
Excipe femin. die Cron.

Plagarum mundi der Morgendt *Oriens*, der

*Abende Occidens, der Mittag/ Meridies. Ex-
cipe femin. die Mittnacht Septentrio.*

	der Ost	} Wind.
Ventorum	der West	
	der Sudt	
	der Nordt	

Planetarum, ut der Juppiter/ der Mars.
Excipe die Sonn/ Sol.

} Πάριον.

(Quod veteres Germani contra aliarum
gentium morem Solem die Sonn generis
femin. esse voluerunt: Lunam vero den Non/
vel Mondt/ masculini statuerunt. esus rei
hanc rationem quidam in mediam profe-
runt, quod Germanorum post Tuiskonem.
Secundus, Rex (attestante Cornelio Ta-
cito in tractatu de moribus Germanorum)
fuerit appellatus Mannus, cui defuncto, &
inter divos relato, postmodum Lunam con-
secrarint, ac de nomine ejus den Man voca-
runt: cujus vocis litera a posterioribus seculis
paulatim in o mutata fuerit: Hujus vero u-
xor dicta fuerit Sunn/ cui defunctæ sydus
Solis dedicaverint, ac de ejus nomine die
Sun appellaverint, cujus vocis litera u pau-
latim in v abierit.) Nomina mulierum, offi-
cia.

ciorum muliebrium, fluviorum arborum,
fructuum arboreorum, instrumentorum,
Musicorum, festorum, & morborum sunt
generis feminini.

EXEMPLA ET EXCEPTIONES HUIUS
regulæ.

Mulierum *Adelheit / Catharina* / quòd
verò apud germanos appellativum,
das Weib mulier, est generis neutri, illud pro
monstro haberi poterit.

Officiorum muliebrium, *die Hebsam obstetrix*,
Seugam nutrix, *die Königin Regina*.

Fluviorum *die Donau / Danubius*, *die Mosel Mosella*,
die Elb Albis, *die Son Araris*, *die Reth Lycus*,
die Län Lanus.

Excipe Masculina semilatina, *der Rhein Rhenus*,
der Rodan vel Roan / Rhodanus, *der Jordan Jordanis*.

Arborum, ut *die Eich quercus*, *die Weide salix*,
observa tamen quòd præter paucula
quædam arborum nomina feminina, multa
reperiuntur masculina, non quidem per se
sed per accidens, ratione nimirum nominis
appellativi sui generis, *Baum*, quod est generis
masculini, atq; ad eò cum fructu unius
cujusq; arboris compositum, efficit nomen

arboris masculinum: ut der apfel *pomum*, est fructus arboris, hinc fit compositum der Apffelbaum pomus, idemq; usu venit in cæteris fructibus, ut der Birbaum *pirus*.

Imò ipsa etiam feminina arborum cum voce baum composita fiunt masculina ut, der Lindenbaum, *tilia*, der Eichbaum *quercus*. Quicumque ergo in lingua Germanica non bene exercitatus fuerit, ille semper apponat appellativum Baum, tum in masculino proferendo nunquam errabit.

Instrumentorum musicorum, die Laute/ die Pfeiff / die Geige / Vio! / oder Fidell / die Harff / die Cithar / die Sackpfeiff / die Droffnet / die Trumme oder Pauken / die Schalmey / die Posaune: die Maultrumff: die Orgel: excipe neutra semilatina, das Instrument, (Gallis epinete) das Positiv: das Clavicordium: Item Masculinum der Zinck.

Festorum ut, die Ostern *pascha*, die Pfingsten *Pentecoste*, die Fastnacht *bacchanalia*.

Morborum die Pest: *Pestis*, die Wasser suchte *hydrops*, die Sichte: *paralysis*, die Frankosen *morbus Gallicus*.

Excipe neutra das Seber: das Podagra: das Zipperlein: das grimmen: Et masculina der Rothlauff / der Hust: der schnupff: der Pfnüsel.

Fru

Fructuum arboreorum, ut, die *Nußnuß*,
 die *Kirch: cerasum*. Excipe Mascul. der *Apfels*.
 der *Wispel: der Spilling: der Kürbes: Reliqui*
 fructus, utpote frumenta, & legumina varia
 recipiunt genera quæ non nisi exterminatio-
 ne dignosci possunt.

3. Nomina urbium, & pagorum, regio-
 num, literarum, ac infinitivi substantivè po-
 siti sunt generis neutri.

EXEMPLA ET EXCEPTIONES.

Vrbium, & pagorum, das *Strasburg*,
 das *Lundorff*, Monendus tamen hic le-
 ctor erit, quod ejusmodi urbium & pago-
 rum nominibus, quantumvis sensu neutris,
 at articulus neutrius generis in usu loquen-
 dinon apponatur. Dicimus enim *ich zih gen*
Grunberg. *Iter suscipio Grunbergam*. Adde
 quòd appellativum feminini generis *Stat/*
 plerumq; apponatur, & tum urbes fiunt
 quasi generis feminini: ut *ich bin in der Stat*
Lion, sum Lugduni.

Regionum, ut das *Franckreich/ das Ita-*
lien/ Excipe feminina, die *Schweiz/ Helvetia*,
 die *Pfalz/ Palatinatus*, die *Schampangen/*
Campania, die *Lombardy/ Lombardia*. Hic
 eadem cautela, quæ in nominibus urbium

locum habet, venit observanda: Nam etiam in nominibus regionum articulus neutrius generis omittitur. Frequentissime etiam appellativum neutrius generis, *Landt/ regio*, apponitur, quo casu articulus quoque additur: ut *das Hessenlandt/ Hestia*, *das Schweisertlandt/ Helvetia*, Item appellativum neutrius generis, *gaw/ & tum* itidem articulus apponitur, ut: *das Syngaw/ Rinkgaw/* nec non appellativum aut foeminini generis *aw/ Campus*, ut *die Wetteraw/ die Kasbenaw*: Et denique appellativum masculini generis *thal/ vallis*, ut *der Leberthal/ der Bussenkerthal/ Jochimsthal*.

Literarum, ut: *das A/ das B/ das C*.

Metallorum, ut: *das Goldt/ aurum*, *das Silber/ argentum*, *das Zinn/ stannum*, Excipe Masculinum der *Stahl/ Chalybs*.

Infinitivorum substantivé positorum, ut: *Das essen/ Das trincken/ Das stehen/* veluti apud Græcos *τὸ μῆνεν, τὸ εἶναι*.

MODUS DIGNOSCENDI GENERA
secundum terminationem.

Nomina in *A* terminata apud Germanos non reperiuntur.

- Ab.** Mascul: Buchstab / stab / grab / pro
fossa.
Femin: hab / schab / nab.
- ab.** Femin: Kab.
- Jeb.** Mascul: Dieb / hieb / id e. ictus.
Neut: Sieb.
- Eib.** Mascul: der Leib / pro lite, der Leibr.
Neutr: das Weib.
Femin: die Scheib / die eib.
- Lb.** Femin: sylb / Salb / Neut: Rath.
- Arb.** Neutr: das Lamb.
- Ob.** Mascul: der Klob.
- Kb.** Mascul: garb / erb / der Korb.
Femin: kerb / scherb / narb.
- Aub.** Femin: fraub / taub / in vase vmarie
haub / schaub / schraub.
- Ub.** Mascul: der Sub.
Femin: Stub.

C.

- Mascul: Bastise / Thyriat.
- Femin: Practic / quorum utrumque
tamen in fine ornatus gratia et
iam ꝑ recipit.
- Ad.** Mascul: pſad / ſad / Leinwad / grad.
Neut: das Bad / Kad.
Femin: Glade / Wade / Stad / Fenerſtad /
Spad / Genad / Lad.

Wd.

Bd.	Neut: Hembo.
Gdt.	Femin: Magdt.
Id.	Mascul: Frid. Neut: Augensid/ Lied.
Eid.	Femin: Heid/ Kreid/ Weid vel Waïd/ pastus, Scheid. vel Masc: Eid/ neid.
Aid.	Neut: Laid/ Klaid.
Lo.	Masc: Schild/ Wald/ Sold/ Held. Femin: Schuld/ Huld. Neut: Feld/ Wild/ Bild/ Gold.
Od.	Masc: Stand/ Sand/ Bund/ Schlund/ Ehestand/ Abend/ Verstand/ fründ/ Brand/ Rand/ Feind/ Land/ Provis and/ Grind/ Wind/ Mund/ Grund/ Hund/ Bund. Neut: Pfand, Pfund, End, Elend, Kind, Rind, Band, Land. Femin: Wand, Jugend, Jugend, Hand, Rind, pro cortice, Schand/ Schrund, Wund, Stund, die Gegend.
öd.	Femin: Einöd.
Od.	Masc: Onod, Tod. Neut: Brod, Kleinod.
Od.	Mascul: Bord, Heerd, Mord. Neut: Schwert. Femin: Würd, Spicnard, zierd, begird. Masc:

Vd. Masc: der **Sud.**
Wd. Femin: die **Fremd.**

Ⓔ

Masc: **Friede, Garbe,**
See, Klee, Schnee.
 Femin: **die Schle,**
Zaube, Haube, die
Lade, Gnade.

plura quidem in
 Ⓔ vocabula re-
 periuntur, quæ
 tamen hîc non
 sût posita, ppte-
 rea quod in illis
 Ⓔ legendo, &
 scribendo sæpe
 omittitur, illa i-
 taq; in illis literis
 quæ illud Ⓔ præ-
 cedunt quæras
 verbi gratia in
 litera **D** reperies
Lade, & sic in re-
 liquis

Omnia abstracta à nominibus, adjectivis
 concretis, quantitatem aut qualitatem si-
 gnificantib; In e desinentia sunt generis femi-
 nini, ut: **stärck, fortis, die stärcke, fortitudo,**
schwarz, niger, die schwärze, nigredo, hoch,
altus, die höhe, altitudo.

Masc:

S.

As.	Masc: Haf/ Schlaf.
	Neut: Schaf/ das Schiff.
af.	Femin: Häf.
	Neut: Käff.
As.	Mascul: der Driff.
Es.	Masc: Greiff/ Raif/ Schwaif/ Straif/
	Femin: schlaif/ saif.
As.	Neut: Schiff/ Mascul: Drif.
Es.	Masc: Schilf/ Wolf.
As.	Masc: Hanf.
Os.	Masc: Gutterof/ Hof.
Pf.	Masc. strumpf/ stopf/ schnupf/ schimpf/ zapf/ tropf/ kofp/ krops/ knopf/ napf/ kampf/ topf/ tramppf/ dampf/ schoppf/ stumpf/ glimpf/ zopf.
As.	Neut: Dorf.
As.	Femin. stuf.
Auf.	Masc. hauf/ lauf/ lauf.
	Femin. die Lauf.
	G.
Ag.	Masc. Tag/ Wag/ Grag/ Wag/ pro curru schlag/ vertrag.
	Femin. Wag/ pro lance
ag.	Femin. Säg.
	Masc. Däg.
Eg.	Malc. weg/ zweg/ fieg.
	Femin. heg.

Ma-

- Eig.** Mascul. **Laig/ Zweig.**
- & aig**
- Ig.** Masc. **Sig/ Krig/ Honig/ Essig/ Käfig.**
Femin. **die Weisig/ die Wig/ Flig.**
- Eg.** Masc. **Galg/ Balg/ pro pelle & trabe**
Femin. **Bulg.**
- Ig.** Mascul. **strang/ Zwilling/ Bäcking/ gang/ klang/ sprung/ Gesang/ Ring/ Jüngling.**
Femin. **Kling/ schling/ Zang/ wang/ Zung/ meng/ klang/ spang/ Lung.**
- Neut. **das ding/** *verbalia in ung omnia esse feminina*
das geheng. *infra in derivatis patebit, ut: verführung/ seductio, vergeltung/ compensatio.*
- Og.** Mascul. **Trog, Bog/ Einbog.**
- Ig.** Femin. **sorg, sorg/ Herberg**
- Masc. **borg.**
- Bg.** Mascul. **Pflug, Brug/ Bug/ Betrug/ Zug, Plug.**
- Aug.** Neut. **Aug.**
- Eh.** Neut. **Reh/ weh.**
Masc. **Reih/ pro superiore pedis planicie.**

Femi:

Femin. Reih/ pro ordine.

Ch. Mascul. Bruch/ Stuch/ Estrich/ Ketch
Zwisch/ stich/ streich/ Drach/ Lattich
Pferch/ Dieterich/ (instrumentum
quo seræ referantur) Molch/ pro sa-
lamandra, Spruch/ Ruch/ Kettich
Tolch/ Teppich/ Attich/ Allmantack
Freich/ Weyrauch/ schlauch/ Knoblauch
Floch/ Leich, Lauch/ Bauch/ Rauch
Korch/ Knoch/ Schuch/ Gauch/ estrich
Femin. die Ruch/ Lach/ Husch, Saich
Waich/ Zech, sach/ seuch/ Kirch/ Leich
Woch, Bach.

Neut. Buch/ Luch/ Dach/ Bäch/ Gi-
mach, Gelach/ Bloch/ Joch/ Loch
Steisch, Blech/ Erdreich, Reich, Sach.

Sch. Mascul. Tisch, Bausch/ Kausch/ Hai-
nisch, Mensch/ Wüsch/ Lausch/ Hirsch
Fisch.

Femin. Asch/ Lasch/ Tartsch/ Pritsch
Kutsch/ Glasch.

Th. Neut. Vish.

Di. Femin. Tragedi/ Comedi/ Histori, Lini-
quæ tamen rectius per y scribuntur.
Neut. Knie/ Gummi.

R.

Es. Mascul: Fleck / Dreck / Speck / Blick /
 Hack / Stock / Bock / Circ / Back / Schneck /
 Backe / Sock / Brock / Pock / Nack / live
 Gnack / Sack / Ruck / balck / Schanck /
 schlick / Blasebalck / Lock / Sack / Kock /
 Wickel / Kalck / Beck / Junck / Schranck /
 Weck / pro similagine; Sack / Ges
 schmack / Strick / Blick / Pflock / der
 Danck / der Schalck / Rinck / Schalck /
 Stord.

Femin: Stärck / Brück / Apotek /
 Bibliothek / Tuck / Wold / Heck /
 Grück / Eck / Kenck / Rinck / Chronick /
 Walck / Band / Wolck.

Neut: das Stück / Glück / Getränck /
 Volck / das Werck / das Warck.

Es. Masc: Stägl / Wägl.

R.

Al. Femin: Gall / Hall.

Mascul: Saal / Ball / Pfaal / Wall /
 Schall / Hospitall / Stall / Gnall.

Femin: Zaal.

Neut: Linial / Pinal / Wahl / cum com
 positis Abendmal.

El. Mascul: Seget / Gipfel / Stifel / Bü
 bel / Haspel / Teufel / Blauel / Rittel /

E

Lüh

Lünckel/ pro frumento, Flügel/
 Schal/ Igel/ Wächsel/ Mörstel/ Bof-
 fel/ Schenckel/ Grewel/ Löffel/ Mör-
 sel/ Schimmel/ Vogel/ Löspel/ Er-
 ckel/ Strudel/ Küsel/ Pensel/ Wadel/
 Nestel/ Scheitel/ Brigel/ Schnabel/
 Knebel/ Himmel/ Flegel/ Nebel/ Nabel/
 Bündel/ Duentel/ Semel/ Seckel/ Hor-
 bet/ Knittel/ Tempel/ Küffel/ Gipfel/
 Saibel/ Spiegel/ Lägel/ Kessel/ Apfel/
 Sattel/ Strigel/ Wibel/ Meisel/ Sef-
 fel/ Gnigel/ Mantel/ Deckel/ Stemp-
 pfel/ Stahel/ schwänget/ Kessel/ schnd-
 gel/ Schlegel/ Schlüssel/ Speichel/
 Triangel/ Keget/ Schwebel/ Wendel/
 Kugel/ Stofel/ Wiffel/ Schwindel/
 Engel/ Kübel/ Pantoffel/ Schättel/
 Leffel/ Hügel/ Würbel/ Winkel/
 Griffel/ Eirckel.

Foemin: Brezel/ Maulschel/ Habel/
 Duffel/ Geisel/ Ziffel/ Sackel/ Eanzel/
 Kugel/ Handzweil/ Kuppel, Regel, Kun-
 ckel/ Schmel, Drussel, Gurgel/ Bättel/
 Wurgel/ Hummel, Zwibel, Heckel/
 Gabel/ Achsel/ Staffel/ Hell/ Keel/ El,
 Farel/ Kunsel, Seel/ Bibel, Schaufel,
 Spindel, Wadel/ Scabell/ Windel,

NOV. GERMANIC.

Siedel / Nöffel / Muschel / Rochel.

El. Neut: Fell, Exempel / Kägel, Capitel.

dl. Mascul: Strät.

Eil. Neut: Seil, Beil.

Mascul: Pfeil, Keil.

Foemin: Weil / Kurzweil, Weil.

dl. Mascul: Köl.

Neut: Del.

Foemin: Höll, vel schleyer.

Aut. Mascul: Gaul.

Neut: Maul.

Eut. Foemin: cul / beul.

Jll. Mascu: still, Will, Dill / Grill / Loro-
mentill.

Foem: Thil, pro assero, Spiel (fusus)

Vasquif.

Neut: Spiel, pro lusu.

Qll. Masc: Groll / sol / pro solea, Stoff,
Scholl.

Foem: die Höl / Bios, Woll, doll, ver-
tex arboris Koll.

Bl. Mascul: sul, Titul.

Foemin: Bull / schul / s'u'.

üil. Mascul: brüll / Bühl / Schwül.

Foemin: Wül.

M.

Am. Mascul: Kam, schwam, Dam, samz
E ij Balz

GRAMMATIC.

	Balsam/Kram/Nam. Ham. (perna) schlam.
	Femin: Flam. Drosam.
am.	Femin: Bram. Läm.
Em.	Masc: Basem. schwadem. Helm. Bisem. athem.
Im.	Mascul: Pfrim. Rim. Grim. Femin: sim. nim.
Ein.	Mascul: Keim. streim. Keim. Kaim. (in lacto) Leim. Laim. schleim.
Em.	Masc: Schelm. Halm. Helm. Psalm.
Om.	Masc: Tröm. pro trabe, from. Willfom. (poculum quo excipimus hospites in signum grati adventus.) Femin: Oym.
Km.	Mascul: schwarm. Darm. Arm. Lerm. schirm. Wurm.
Bm.	Femin: Blum. Masc: Thum. (pro summo templo.)
Aum	Mascul: Raum. saum. schaum. Daum. Baum. Femin: Pflaum.
	N.
An.	Masc: Kran. Zan. Plan. safran. Bann. pro banno, spann pro lite. Fem: Kan. Pfan. Fan. span. Bettspan.
än.	Neut: das Länn.

Masc:

En. Masc: Nieren. Kägen. Korallen. Hasen. Orden. Bärchen. Wärten. Kerchen. Wagen. Keien. Bohn. Hopfen. Dagen. Bäfen. Nachen. Kocken.

Femin: Perlen. Mören. (geausraparum) Gersten. Kuten. Kauten. Liken. Lenden. Almosen. Leisten. Petrosilien. Hoden. Spicknarden. Lubeben.ärten. Lücken. Belgen. seiden. Hiopen. Samillen. Linsen. Pissulen. Wyrren.

Neut: Becken. Erdbiden. Füllen.

Ein. Mascul: Wein. stein. Rain.

In. Masc: Rosin. sinn. Rosmarin.

Femin: schin. in pede, & schin in curru spin. Pfin.

On. Mascul: Ron. Scorpion. spon. Grün spon. Thron. Thon. Wohn.

Femin: Bon. Cron. Pension. Person.

Un. Mascul: Brun.

ün. Femin: Bün.

D.

D. Neut: stro. quæ vox etiam asperationem in fine accipit veluti stroh.

Ap. Mascul: Lappe.

Femin: Bappe. Bape. schlap. Kap.

Ep. Mascul: Yulep.

Ip. Femin: Kipp. schipp.

	Masc: trip.
Eip.	Masc: Eanrip.
Wp.	Foemin: lamp.
	Masc: turnp stump.
Op.	Masc: Wop.
Kp.	Masc: kerp.
Up.	Masc: sirup.
	Foemin: pup / sup / schup.
	K.
	Mascul: staar (affectio oculorum)
Ar.	Schmarr.
	Foemin: Pfarr / Bar / Schar / Pflug / Ichar / War / Ahr.
	Neut: Jahr.
Er.	Masc. Lager / acker / eimer / splitter / zino- ber / teller / Schrötter / leuchter / Heller / Pfacker / Körper / branger / finger / Er- cker / Güter / Scepter / Heller / Salpeter tonner / Ewander / Kuder / Muscatteller / Herr / Tröster / Wacholder / Kercker / Dotter / Wärrer / Schleier / fester / Ben- tner / Pfesser. Nomina artificum, Schuster / Schneider: ex significatio- ne quoad genus cognosci poterunt.
	Foemin: Hafer / beer / cum compositis Erdbeer / Ader / Fedder / Klapper / Kel- ter / Cammer / Scheuer / Blacet / Leiter / halfter

Halfter / Vater / Otter / Leber / Schif-
fer / Claffter / Marder / Folter / Schlei-
der.

Neut: Lager, procastris, Closter, Meer-
Fener / Pflaster / Fuder / Ladder / Laster /
Schmer / Koller / Futer / Segatter /
Goller / Pulver / Ruder / Bfer / Fen-
ster / Panzer / Meer / Wasser.

Ehr. Foemin: Ehr.

Neut: Wehr.

Jr. Neut: Clavir / Papier / Thier / profera
Kapur / Quartir.

Dr. Neut: Thor / Dhe / Chor / Rohr.

Masc: Spor.

ör. Foemin: Rohr.

ur. Foemin: die Natur.

Ar. Foemin. Schär / Wdr / pro tabula.

ür. Foemin: die Thür

S:

As. Neut: Gras, Af, Stas / fah, cum com-
positis Dintensas.

Foemin. Sttas / Was / Nas, Was.

Gas.

Masc: Haf, Graf, Wase, Compos.

Os. Masc: Krabbe.

Neut: Oba.

E iij

Foe-

Es.	Femin firmes, Wess, Kres. Masc: Koppes, Rees.
Es.	Masc: Flachs. Neut. Wachs.
Ja.	Femin. Achs, büchs, Eidechs. Masc. Ants, vel Ents, spis, Kdris, Kis, Sürnis.
Ais & Eis.	Femin. Wisc. Mascul. Kraiss, Kais, (oriza) schwaiss, Wais, Orphanus.
	Femin. Ameis, Kais (iter) Weis, (modus.) Neut. Paradeis, Keis (virga)
Els.	Masc. Puls, Fels, Hals. Femin. sence / Hülse.
Ps.	Kups; Gips, Pips, morbus gallinarum.
Os.	Neut. schlos, Wos. Masc. bos, Troß, schos, Ambos, spros. Femin. Kose.
Os.	Neut. Getös, Getros.
Ks.	Masc. Ars, Revers, Hirse, milium.
us.	Masc. Fluss, schus, Jus, barfus. Neut. Wusf.
Eus.	Femin. Keuse.
Aus.	Femin: Paus, Laus, Waus. Masc: Graus pro honore, & poculo, Neut.

Neut. Haus.

I.

- At. Mascul. **W**onat, **V**nstat, **K**at, **S**alat,
Rath, (consilium) **R**att, **S**chatte, **K**aat,
Tractat, **T**raat.
 Femin: **P**lat (pro lance calvitie & la-
 mina) **M**att, **L**att, **S**aat, **N**aat.
 Neut. **R**at (rota) **b**lat (folium)
- Et. Masc. **C**onfect, **P**unct.
- Et. Masc. **W**ecet, **S**enet, **C**omet, **T**affer,
Elaret.
 Femin: **P**orat, **R**ackert, **P**aster, **K**lett,
 (genus muscarum) **f**ette.
 Neut. **E**mmet, **b**ett, **S**et, **P**anket,
Duzet, **G**rommet, **b**reet.
- St. Femin. **H**ast, **K**lust, **S**enst, **S**ust, **H**elst,
Zunst, **V**ernunft.
 Masc. **s**ast.
- Neut. **s**chaft, **h**est, **G**ift, **H**ust.
- Et. Femin. **G**ult, **W**ult.
 Masc. **s**palt, **W**alt, **P**falt.
 Neut. **G**ezeit
- It. Masc. **s**chlitt.
- Et. Masc. **W**orck.
- At. Neut. **T**estament, **E**lement, **F**unda-
 ment, **P**ergament, **P**erlament.
 Masc. **Q**uadrant.

E v

Fe-

- Foemin: Dint, Dunt.
 Dtt. Mascul: Gott, bott, fott.
 Pt. Neut: Haupt, Concept, Ampt.
 Rt. Mascul: bart/ Weert/ ort/
 Foem. die Bert/ die Waart, Hurt, art,
 ichtart, Pfort, Laart.
 Neut. Wort.
 ft. Mascul: Laist, (pro forma pedis) mist,
 Wust, Gast, Ast, Hinderst, Hengst,
 West, Kost, pro xrugine, & röst, pro
 eraticula, Pallast, Dunst, Karst, East,
 Pfoß, Verlust, Arrest, Wanst, Frost,
 Ernst, Damast.
 Foem. Letzte, Wüste, Kiste, Faust, Kunst,
 Pest, List, East, Post, (pro nuncio)
 Wurst, Wollust, brunst, Erust, brust,
 Gunst. Neut. Gespenst, Wambst,
 Nest, Armbrust.
 St. Foemin. die Dutt, Stut, Kut, Wermut.
 Mascul. Hut, Mut, Tribut, Leumut,
 Neut. blut.
 Aut. Foemin. Kaut, Haut.
 V. Neut. das Vhu.
 ü. Diphthongus.
 d. Foemin. brü.
 V. Consonans.
 Xv. Foemin. die Larn.
 Foem.

U.

- Am. Fœmin. Am, Gram, Ham, Ham, pro li-
gone.
Mascul. Tam, ham, Wiltaw/straw.
Fœmin. Trew.
Em. Neut. Hew, sprew.

X.

- Ax. Masc. Tar, Dar, Wasfir.
Fœmin. Eider.
Neut. Crucifix.

Y.

- En. Fœmin. speceren, fley, salben, Parthen,
barbarey, Meloden, Copen, Conterfen.
Mascul. bren, May. Verbalia in En.
Videantur infra.

Z.

- Az. Fœmin. Warz, Neut. Collaz.
Mascul. Laz, Raz, schwarz, schaz.
Ez. Fœmin. Lez, Neut. Nez.
Iz. Fœmin. spiz, Hiz, Wiz. Neut. Angliz.
Jz. Fœmin. Kesz.
Eiz. Mascul. Weiz, Geiz.
Lz. Mascul. belz, fitz, bolz, stoltz, Wiltz.
Neut. Woltz, solz, Holtz.
Fœmin. speltz, steltz.
Mz. Fœmin. Pestilentz, brunz, Erdenz, binnz.
Quia

	Quittanz / Franz, substanz, Wund- menschanz.
Dz.	Mascul: Roz, Floz.
Rz.	Neut: Herz. M: schurz, scherz, schmerz, Furz.
	Femin: Kerz, sterz, Pflugsterz.
Bz.	Mascul: schmuz, Wuz, schuz.
dz.	Femin: sprüz, Pfüz, süz.
Fuz.	Neut: Creuz.
Auz.	Femin: Wauz.
öz.	Mascul: Göz.

MOTIO NOMINUM,

*Ex qua etiam genera nominum percipi-
untur.*

MOtio est vel substantivorum vel adjecti-
vorum. Substantiva masculina movent
suū femininum in in / ac vocalem mutabilem
mutant in suam diphthongum, diphthongum-
que mutabilem in vicinam diphthongum: ut
*der Kaysar / Imperator, die Kaysarin Impera-
trix, der König Rex, die Königin Regina, der
Wolff Lupus, die Wölffin Lupa, der Graff
Comes, die Graffin / Comitissa.* Adjectiva vel
sunt unius terminationis, vel trium.

Unius terminationis sunt, cum articulus
suis der illis apponitur, ut *der weiß Mann*
Vir

*Vir sapiens, die weißBraw / mulier sapiens, daß
weiß Mädchen / sapiens Virunculus. Sunt et-
iam unius terminationis omnia adjectiva
numeralia, ut drey / vier / fünff Knaben / tres,
quatuor, quinq pueri. Excipe Zwen* & *femininum Zwo.*

Trium terminationum sunt cum habent
præfixum articulum infinitum *ein* (vel pro-
nomen aliquod possessivum *mein / dein / sein*)
ac tum masculinum terminatur in *er*: ut *ein
schöner Mann pulcher vir*; Femininum in *e* /
ut *ein schönes* vel *schönßbuch Elegans liber*.
*Dein schwarzer Hund tuus canis niger. Mein
Weiß Cat / meus albus Catus.*

OBSERVATIONES IN MOTIONES ADJECTI-
VORUM.

QUAMVIS adjectiva, cum articulo infini-
to juncta, in casu recto trium sint ter-
minationum, tamen in obliquis, adjectivis
unius terminationis prorsus sunt similia, nec
in diversis generibus diversam etiam termi-
nationem sortiuntur, ut infra in quarta de-
clinatione patebit.

2. Ex dictis hanc collige regulam. Quod
adjectiva quando habent articulum fini-
tum, nunquam in oratione moveantur

(270-

(*der Mann*) posse autem moveri & non moveri quoties apponitur articulus infinitus: utrumque enim dici potest, *ein reicher Mann* & *ein Reichman* *vir dives*.

3. Articulus finitus, non impedire potest quò minus ad adjectivum litera e liberè accedat, ut *die weiß Frau* *mulier sapiens*.

ORIGO NOMINUM:

Ex qua similiter genera nominum peti possunt.

ORigo est qua disquiritur, utram vox aliqua sit prima, an aliunde orta.

Prima (quam Græci *thema*, Hebræi *radicem* appellant) est quæ non aliunde descendit, ut *die Liebe* *amor*. Orta est quæ aliunde originem ducit, ut *lieblich* *amabilis*.

Orta seu derivata, sunt vel nominalia, vel verbalia, vel adverbialia.

DE ORTIS NOMINALIBUS:

Nominalia sunt quæ oriuntur à nominibus. Suntque septuplicia: Diminutiva, patronimica, possessiva, materialia, denominativa, comparativa, & numeralia.

DE DIMINUTIVIS.

Diminutiva sunt quæ diminutionem primitivi sui significant.

Formantur autem à suo primitivo adjecta ad finem syllabæ *lein*, & mutatis vocalibus mutabilibus in suas diphthongos, aut diphthongo mutabili in suam vicinam diphthongum: ut *der Mann* / *das Männlein* *Vir virunculus*, *das Kind*, *das Kindlein* *infans, infantulus*, *der Sohn* / *das Söhnlein* *filius filiolus*, *das Buch* / *das Büchlein* / *liber libellus*. Nonnulli pro syllaba *lein* scribunt *lin* / ut *das Büchlin*.

DE DIMINUTIVIS REGULA

Omne diminutivum apud Germanos est generis neutri.

DE PATRONIMICIS.

Patronimica sive gentilia, sunt quæ patriæ sive gentis proprietatem significant, formantur autem à suo primitivo, adjecta syllaba *isch* mutatis simul vocalibus ac diphthongis mutabilibus ut ab *Italien* fit *Italienisch* / à *Franzose* fit *Französisch* / à *Rom* / *Römisch*.

DE

DE POSSESSIVIS.

Possessiva sunt quæ ad possessionem ac proprietatem pertinent ac mutatis vocalibus ac diphthongis mutabilibus in lich formantur, ut à *Vatter pater*, *vätterlich paternus*, à *Haus domus*, *heußlich domesticus*, ab *Erb hæres* *Erblich herilis*, à *Rönig Rex*, *Röniglich regalis*.

DE MATERIALIBUS.

Materialia sunt quæ denotant materiam apud Latinos in eus terminata: Formantur autem à suo primitivo adjecta ad finem syllaba ern aut tantum litera n si primitivum in er desinat mutatis similiter vocalibus & diphthongo mutabilibus, ut ab *Holz lignum*, fit *hölzern ligneus*, à *Sylber argentum*, fit *Sylbern argenteus*, à *stein lapis* fit *steinern lapideus*. Paucula ad suum primitivum adjiciunt tantum en quoties scilicet primitivum est species arboris, ut *die Eiche quercus*, *Eichen quercinus*.

DE DENOMINATIVIS.

Denominativa sunt quæ quocunq; modo ab altero nomine denominatione habent.

I. Ho-

1. Horum quædam substantiva formantur à suo adjectivo, adjecta syllaba *keit* vel *heit* suntque omnia foemina ac plerumque virtutum ac vitiorum nomina, ut à *tapffer* *fortis*, sic *Tapfferkeit* *fortitudo*, à *mässig* *temperans* sic *Mässigkeit* *temperantia*, à *kühn* *audax* sic *Kühnheit* *audacia*, à *faul* *piger* sic *Faulheit* *pigritia*.

2. Horum quædam substantiva formantur, à suis primitivis etiam substantivis & *in* *schaft* / suntque foemina & pleraque relativa: ut à *Bruder* *frater* sic *Brüderschaft* *fraternitas*, à *Schwager* *affinis* *Schwagerschaft* *affinitas*, à *Jungfrau* *virgo* *Jungfräuschaft* *virginitas*. 2. in *thumb* suntque generis neutri ut à *Pabst* *Papa* sic *Pabstthumb* *Papatus*, à *Bischoff* *episcopus* sic *Bistthumb* *Episcopatus*, ab *Herrzog* *Dux* das *Herrzogthumb* *ducatu*.

E contrario adjectiva quoque formantur à suis substantivis utpote quædam adjecta syllaba *ig* / mutatis vocalibus & diphongis mutabilibus ut à *Steiß* *studium* sic *steißig* *diligens*, à *Lufft* *aër* sic *lufftig* *aërius*.

Quædã adjecta syllaba *haft* & pleraque *stadium* & assiduitatem significant. vel *heftig* ut à *Dienst* *officium* sic *officiosus*. *Diensthaft* à *Tugend* *virtus* sic *Tugendhaft* *virtuosus*.

D

Quæ-

Quædam appoſita ſyllaba iſch mutatis vocalibus & diphthongis, ut à *Bawr ruficum*, fit *Bawriſch ad ruſticum ſpectans* à *Knecht ſervus* fit *Knechtiſch ſervilis*.

Quædam adjecta ſyllaba ſam / ut ab *arbe* bent, labor fit *arbeitsam laborioſus*, à *Forch* timor fit *forchtſam timidus*.

Quædam adjecta voces bar ut à *Frucht* fructus fit *fruchtbar fructuoſus*, ab *Ehr* honor fit *Ehrbar honeſtus*.

Semilatina quæ veniunt à nominibus Latinis in aſ terminantur in et, ut *authoritet dignitet*, quæ verò à nominibus in io deſcendunt in ion ut *diſputation* ſuntque omnia fœminina.

DE COMPARATIONE.

Comparatio quoque eſt ſpecies derivationis quando ſcilicet derivata ſuo primitivo comparando præferuntur.

Derivata comparativa ſunt duo, comparativus in ſpecie ſic dictus & ſuperlativus.

Comparatio vel eſt regularis vel irregularis.

Comparativus regulariter formatur à ſuo primitivo vel alias positivo, adiecta ſyllaba et / & mutatis vocalibus mutabilibus in ſuam

suam diphthongum, diphthongoque mutabili
in vicinam diphthongum, ut lang *långus*, län-
ger *longior*, schon *pulcher*, schöner *pulchrior*.

Superlativus formatur à comparativo
syllaba er mutata in st. ut ehrlich *honestus*, ehre-
licher *honestior*, der ehrlichst *honestissimus*.

COMPARATIO IRRE-
gularis.

Comparatio irregularis accidit vocibus
sequentibus: ut gut *bonus*, besser *melior*;
der best *optimus*, böß *malus*, ärger *pejor*, der
drögt *peffimus*, viel *multum*, mehr *plus*, der
meynst *plurimus*.

Observationes in comparationes.

1. Superlativi non tantum à nominibus,
sed etiam à præpositionibus oriuntur ut ab
vnder *infra* fit vnderste *infimus*, ab oben *supra*,
der Oberst *supremus*, ab oußer *extra*, fit oußere
ste *extimus*, ab hinder *post*, der hinderste *postre-
mus*, nahe *prope* comparativum facit näch-
ter propior: super: nächst.

2. Ad comparativum etiam adverbis
augmentandi noch *adhuc* & mehr *plus* acce-
dere possunt, vnd noch gelehrter *doctior*:

D 2 Quem-

Quemadmodum etiam ad superlativum
vox *aller* / ut *der aller schönest pulcherrimus*.

3. Non omnia adjectiva quorum signifi-
catio augeri potest comparantur ut *linck si-
nister lebendig vivus, recht dexter*: cui tamen
defectui jam dictæ augmentandi particulae
mederi poterunt.

DE NUMERALIBUS.

Numeralia sunt vel primitiva sive car-
dinalia, sic dicta, quod sint principium
& cardo unde caetera oriuntur, ut *eins / u-
num, zwei / duo, drei / tria*. In his obiter obser-
va, quod ea à tredecim usque ad viginti sine
copula sint composita ut *dreizehen tredecim,
vierzechen quatuordecim*, ut minor numerus
semper præcedat. A viginti usq; ad centum
cum copula sint composita ex similiter nu-
merus minor antevertat majorem: ut *fünff
und zwanzig viginti quinque, sieben und zwanzig
viginti septem*. Deinceps centenarius nu-
merus præcedat minorem cum copula usq;
ad mille ut *hundert und ein centum & unum
hundert und zehen centum & decem*.

Vel ab his deducta, utpote sunt ordinalia,
multiplicativa & collectiva.

Ordinalia sunt quæ numerum cum ordi-
ne si-

ne significant adjectione literæ t. ad cardina-
lem ut à zwey duo fit der zweyte secundus, à
vier/der vierte/ à zehen/ der zehent/ & sic deinceps
usque ad viginti (Excipe drey in quo fit
mutatio diphthongi dicimus enim der dritt.

Reliqua à viginti usq; ad mille adjiciuntur
sicut à zwanzig viginti fit der zwanzigst/ à drey-
sig fit der dreyzigst.

Multiplicativa sunt quæ multiplicatio-
nem in se continent adjecta ad cardinalem
numerum syllaba facta: ut einfach/ simplex
zweifach (dicitur etiam doppelt duplex, drey-
fach triplex, &c.

Collectiva sunt in quibus multa uni inclu-
duntur ut ein Dreyer ternarius, ein Vierer
quaternarius, ein Centner centenarius, ein
Million (numerus in se continens decies
centum millium) ein Legion (erat olim Ro-
manis numerus militum sex millia) ein Duz-
zet/ Gallic. une douzaine.

DE VERBALIBUS.

ORta verbalia sunt nomina, quæ descen-
dunt à verbis. Verbalia substantiva
quædam sunt eadem cum præsentis indicati-
vi utpote hæc sequentia.

D 9 I. Ma-

I. Masculina.

- I**ch adel nobilito, der Adel nobilitas.
Ich befehl mando, der Befehl mandatum.
Ich begehr postulo, der Begehr postulatum.
Ich beruff voco, der Beruff vocatio.
Ich bescheid mando, der Bescheid mandatum.
Ich beweiß demonstro, der Beweis demonstratio.
Ich blick nuto, der Blick nutus.
Ich borge mutuo, der Borg mutuum.
Ich brate asso, der Brat caro assata.
Ich brauch utor, der Brauch usus.
Ich danck gratias ago, der Danck gratiarum actio.
Ich dank salto, der Dank saltatio.
Ich tausch permuto, der Tausch permutatio.
Ich donner tono, der Donner tonitru.
Ich fall caso, der Fall casus.
Ich fang capio, der Fang captura.
Ich fäl careo, der Fäl carentia.
Ich frävel sum petulans, der Frävel petulan-
Ich fleck maculo, der Fleck macula. (tia.
Ich fließ sarcio, der fließ sartura.
Ich fluch maledico, der Fluch maledictio.
Ich geniß fruor, der geniß fructus.
Ich glaub credo, der Glaub fides.
Ich huß tussio, der Huß tussis.

Ich

- Ich suchze jubilo, der suchs jubilum.
 Ich kauff emo, der Kauff emptio.
 Ich kisel titillo, der Kisel titillatio.
 Ich flutter maculo, der flutter macula.
 Ich knal sono, der Knal sonus.
 Ich krach edo bombum, der Krach bombus.
 Ich kram mercor, der Kram mercatus.
 Ich krieg bello, der Krieg bellum.
 Ich lach rideo, der Lach risus.
 Ich lohn do mercedem, der Lohn merces.
 Ich lapp sarcio, der Lapp satura.
 Ich lauff eütro, der Lauff eurtus.
 Ich laut sono, der Laut sonitus.
 Ich leim glutino, der Leim gluten.
 Ich mackel maculo, der Mackel macula.
 Ich misti stercoro, der Mist simus.
 Ich nüz utor, der Nüz usus.
 Ich preiß laudo, der Preiß laus.
 Ich rath consulo, der Rath consilium.
 Ich raub rapio, der Raub rapina.
 Ich rauch fumo, der Rauch fumus.
 Ich rausch strido, der Rausch stridor.
 Ich regne pluvio, der Regen pluvia.
 Ich reiß sum pruinosis, der Reiß pruina.
 Ich roß sum æruginosus, der Röß ærugo.
 Ich reim rithmos facio, der Reim rithmus.
 Ich sauß edo sonum, der Sauß sonitus.

Ich scharmüßel digladior, der scharmüßel digladiatio.

Ich scherß jocos, der scherß jocus.

Ich schoß germino, der schoß germen.

Ich schreck horrorem intutio, der schreck hor-

Ich schmerz doleo, der schmerz dolor. (ror.

Ich schmiß nigrum reddo, der schmiß nigrefactio.

Ich schweiß sudo, der schweiß sudor.

Ich schimmel sum mucidus, der schimmel mucor.

Ich schimpff jocos, der schimpff jocus.

Ich schirm defendo, der schirm defensio.

Ich schlag percutio, der schlag percussio.

Ich schließ edo singultū, der schließ singultus.

Ich seuffze gemo, der seuffz gemitus.

Ich sieg vinco, der sieg victoria.

Ich sproß germino, der sproß germen.

Ich stal stabulo, der stal stabulum.

Ich staut concito pulverem, der staut pulvis.

Ich spott irrideo, der spott irrifio.

Ich spalt findo, der spalt fissura.

Ich stoß pello, der stoß pulsus.

Ich streich lineam duco, der streich litura.

Ich streitt pugno, der streitt pugna.

Ich strick fune ligo, der strick funis.

Ich strigel pectino, der strig pecten.

Ich

- Ich trab cursito, der Trab cursitatio.
 Ich traum somnio, der Traum somnium.
 Ich tropff stillo, der Tropff gutta.
 Ich wandel ambulo, der Wandel ambulatio.
 Ich zancf litigo, der Zancf lis.
 Ich circel circulo, der Circel circulus.
 Ich sol tributum pendo, der Sol tributum.
 Ich zweifel dubito, der Zweifel dubium.

II. *Fæminina.*

- Ich arkeynt laboro, die Arkeynt labor.
 Ich arkeynt medicor, die Arkeynt me-
 dicatio.
 Ich bahn sterno viam, die Bahn strata via.
 Ich bay glutino, die bay glutinatio.
 Ich bauet tympanum pulso, die Bauet tym-
 panum.
 Ich beut permuto, die Beut permutatio.
 Ich bit peto, die Bit petitio.
 Ich breite in latum duco, die Breit latitudo.
 Ich drot torculari exprimo, die drot torcular.
 Ich deckt tego, die Deckt tegumentum.
 Ich feil limo, die Feil lima.
 Ich fiddelcano fidibus, die Fiddel fides.
 Ich fast Jejuno, die Fast jejunium.
 Ich folg sequor, die folg sequela.
 Ich solter torqueo, die Solter tortura.

GRAMMATIC.

Jch frag quaero, die Frag quaestio.

Jch furch orbitam duco, die Furch orbita.

Jch fürcht metuo, die Furcht metus.

Jch geißel flagello, die Geißel flagellum.

Jch geig cano fidibus, die Geig fides.

Jch gräns sum in confinio, die Gräns terminus.

Jch Herberg divertor, die Herberg diversorium.

Jch hitze calefacio, die Hitze calor.

Jch kreussel crispo, die kreussel crispatio.

